P. OVIDII NASONIS

EX PONTO

LIBRI QVATTVOR

AD CODICVM FIDEM EMENDAVIT ADPARATV CRITICO
INSTRVXIT

OTTO KORN
PHIL. DR.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXVIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

HENRICO KORN

RERVM SACRARVM APVD PRITZERBENSES MINISTRO

PATRI

FRIDERICO RITSCHL

PRAECEPTORI

PIETATIS ERGO

OVIDIVS

EX PONTO.

87

P. OVIDII NASONIS

EX PONTO

LIBRI QVATTVOR

AD CODICVM FIDEM EMENDAVIT ADPARATV CRITICO
INSTRVXIT

OTTO KORN
PHIL. DR.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXVIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

HENRICO KORN

RERVM SACRARVM APVD PRITZERBENSES MINISTRO

PATRI

FRIDERICO RITSCHL

PRAECEPTORI

PIETATIS ERGO

O V I D I V S

EX PONTO.

A	fragmentum Guelferbytanum saec. VI uel VII. Contuli ipse.
A	codex Hamburgensis saec. XII. Contuli ipse.
β	codex Bauaricus saec. XII. Contulit Harlesius.
B	cod. Argentoratensis saec. XII uel XIII. Contuli ipse.
C	cod. Parisinus 7993 } saec. XIII. Contulit Nic. Heinsius.
D	cod. Parisinus 8239 } saec. XIII. Contulit Nic. Heinsius.
E	cod. Moreti. Contulit Nic. Heinsius.
F	cod. Basileensis saec. XIV. Contulit Alfr. Holderus.
G	cod. Patricii Iunii saec. XIV. Contulit Nic. Heinsius.
L	cod. Gudianus. Contuli ipse.
N	codex italus ab Bersmanno conlatus.
O	excerpta Scaligeri. Enotauit Nic. Heinsius.
P	cod. Lipsiensis saec. XIII. Contuli ipse.
R	fragmentum Durlacense. Contulit Alfr. Holderus.
ε	cod. Erfurtanus saec. XIII (?). Contulit Herelius.
V	fragmentum Louaniense. Contulit Nic. Heinsius.
Medic. pr.	codex Mediceus saec. XII. Contulit Nic. Heinsius.
τ	codex sine nomine ab Heinsio citatus.
ψ	nonnulli codices ab Heinsio sine nomine laudati.
ω	plurimi codices Heinsii quorum nomina nesciuntur.
π	omnes codices excepto A uel (in ll. III. IV) β (A[1]).

PRAEFATIO

DE CODICIBVS LIBRORVM OVIDII EX PONTO.

Epistularum, quas Ouidius inde ab anno urbis 765 exeunte[1]) scripsit, quaenam fuerit fortuna, ex paucis illis locis conicere licet quibus poeta ipse lectos esse etiam exulis libros, sed minus placuisse, multorumque inuidiam, auctore absente iam procaciorem, expertos esse dicit[2]). Cui inuidiae etsi ille rectissime opposuit, nil nisi quae ipsius animum afficiant, conponere poetam posse, tamen eo mortuo, cum iam quid homo dum Romae fuit celebratissimus apud Getas ageret minus curae esset, neque interesset quae qualiaque ausus esset ut in patriam rediret repetere, carmina Pontica in magna iacuisse uidentur obliuione. Certe apud scriptores eorum quae insecuta sunt saeculorum nulla est horum carminum memoria. Quorum sexto demum uel septimo saeculo primum extat uestigium FRAGMENTVM GVELFERBYTANVM, quod C. Ph. Chr. Schoenemanni felicitati debemus. Is enim[3]) 'hoc fragmentum codicis, omnium qui Ouidianorum carminum supersunt antiquissimi in tegumento interiore ueteris moralium Nic. de Lyra editionis in bibliotheca Augusta'

1) cf. Masson. ap. Burm. IV, 102.

2) cf. e. gr. ex P. III, 9, 1 sq.

3) cf. Bibl. Augustae sive notitiar. et excerptorum codicum Wolfenbuttel. specimen exhibet C. Ph. Chr. Schoenemann. Helmstadii 1829 Progr. p. 20 sq.

repperit[4]). Sunt autem duorum foliorum partes inferiores, in margine summo plurifariam proscissae, quorum in singulis paginis, ex quo Schoenemannus relliquias scriptoris nescio cuius ecclesiastici, litteris longobardicis uersibus Ouidianis superinpositi, ablutas sustulit, quaterni uersus fere pleni leguntur, ad quos in paginis prima, tertia, quarta eorum qui superiores fuerant uersuum fragmenta exigua accedunt. Ea autem quae legere potuimus, adscripsimus, quod Schoenemannus et neglexit nonnulla et falsa quaedam protulit. Sequemur autem codicis quamquam parum recte conpositi ordinem. Primi igitur folii in parte antica haec sunt (epp. ex P. IV, 12, 15—19)

biseçosiuitiisausimcorru[mp]er[e nomen]
ridearetmeritopectushaberenecer
haecmihicausafuitlatimunerishuius
quodmeusadiectofenorereddetamor
tequecanamquacumquenaiatibicarminamitt

secuntur in parte postica eiusdem folii uersus epp. ex P. IV, 12, 41—44.

[effi]ceconstantiprofugumpietatecolendo
nespe|||||||meamdeseratauraratem ·
quidmandemquaeris·pereamnisidicereuixest
simodoquiperiitilleperirepotest

In alterius folii parte priore haec adparuerunt (epp. ex P. IV, 9, 101—108)

n]os
oci
unsit
proxim[a dant]nod[is oppida mun]usidem

4) in tegumento libri coriaceo passim inpressum legitur nomen bibliopegi Johēs Grēme; quod si alibi inuenietur, extentne aliae codicis de quo agimus laciniae, similiter in usum bibliopegi usurpatae disquirendum erit.

NECPIETAS[a]CNOTAMEAESTUIDETHOSPITALERRA
INNOSTRA[b]SACRUMCAESARISESSEDOMO
STANTPARITERNATUSQUEPIUSCONIUNXQUESACERDOS
NUMINAIAMFATONONLEUIORADEO

Relicua est altera alterius folii pagina, conscripta illa uersibus uersuumque particulis inde a IV, 9, 127 usque ad uersum 133 tali ordine;

TUL[erte]
CAE[sar]
TU NOSTR[as audis inter c]ONU[exa],ULATUS
S-DERASOLLICITOQUASDAMUSOREPRAECES·
PERUENIANTISTUCETCARMINAFORSITANILLA
QUAEDETEMISSCELITEFACTANOUO
AUGURORBISIGITURFLECTITUANUMINANECTU.

Iam si paucula haec fragmenta perpendimus, fieri non poterit quin dolore adficiamur tantae dignitatis libri amissi: sat enim magnos ex frustulis illis fructus capimus. Primum autem, ut ex eis ordiamur quae primo obtutu perspiciuntur, non tam eius, qui codicem Hamburgensem scripsit, incuriae dandum esse adparet, quod is liber multis et uariis mendis foedatus est, quam archetypi codicis condicioni. Vitiorum autem, quibus et Hamburgensis liber et Guelferbytanus laborant, tanta est aequalitas ut alterum ex alterius apographo fluxisse merito contendas. Nam quod saepius fit in Hamburgensi ut syllabae priores uerborum, si quae antecedentium uocabulorum syllabis extremis pares sint uel similes, prorsus omittantur (cf. R. Merkel. praef. ad Ouid. III p. IV), idem in Guelferbytano uitium admissum est (IV, 9, 132; 12, 17), quamque codicis Hamburgensis scribae miramur neglegentiam, qua *e* et *ae* adeo in promiscuo habebat, ut eis ipsis locis, quibus *e* soli locum esse metro doceri de-

a) intercidit I.
b) sic scripta sunt non ut Schoenemann. dicit: INOSTRA

buit, diphthongum haud ita raro pingeret (cf. c. gr. II, 8, 16 *praeces* II, 7, 45 *seriae cecata*); eandem in Guelferbytani codicis librario deprehendimus (cf. IV, 9, 130). Accedit quod aeque ut Hamburgensis liber is codex cuius fragmentum Guelferb. superest, singulis quibusdam uersibus caruisse uidetur. Nam cum inter uersum IV, 9, 108 quo prior prioris folii pagina finitur versumque IV, 12, 44, in quem posterior alterius folii pagina exit, uersus CLXXVI intersint, quos spatio septem paginarum scriptos fuisse uerisimile est, eo ratio redit ut in singulis paginis XXV uersus scripti uideantur, uno uersu male omisso. Qua in ratiocinatione cur titulorum non habuerimus rationem et ipsa re indicatur, quoniam numerum tribus uersibus maiorem cum septem paginarum numero conponere non licet, et ubi de titulis agemus magis adparebit.

Iam ad rationem criticam quae sit fragmenti Guelferbytani uis et auctoritas pauca adnotemus. Quam propter antiquitatem libri permagnam esse debere manifestum est: antiquitati quantum textus quem dicunt condicio respondeat uidebimus. Lectiones autem singulares nec alicunde notae hae sunt: IV, 9, 103 *non sit* et IV, 9, 108 *fato;* notae quidem, sed ante R. Merkelium non insertae textui: IV, 12, 18 *amor* IV, 12, 43 *quaeris*. Quarum lectionum eam, quam primam posuimus, si artis criticae regulas sequimur, quibus difficiliora quaeque ueriora ducere iubemur, ueritatis summam speciem praebere non est quod exponam. Unde R. Merkelius ceterorum omnium qui innotuerunt codicum consensu neglecto eam restituit, non minus opinor Guelferbytani libri uetustate adductus, quam quod coniunctiui modi formas in libris recentioribus indicatiuis mutatas saepissime animaduerterat. Altera lectio quae ad IV, 9, 108 notata est sensu carens uitiorum uulgarium farragini est addenda. Eae autem quae restant et iudicium de recentioribus codicibus firmant et quam temere Nic. Heinsius in textu restituendo uersatus sit ostendunt. Is enim IV, 12, 43, quod saepissime fecit, suo arbitratu pro eo quod a codicibus tra-

ditum est '*quaeris*' 'quaeras' scripsit, quod nisi fragmenti Guelferbytani auctoritas esset, apud Merkelium quoque legeremus. Maiorem difficultatem sublatam esse gaudemus IV, 12, 18. Lectio enim 'amor' quamquam testibus haud caret, plurimi tamen ex eo genere sunt, quibus ut ueram habeamus, uix moueamur. Accedit quod uersus in eorum numero est quos in memoria haerentes ex parte quidem Ouidius repetiit (cf. ex P. I, 5, 26). Ea enim ille hemistichia, quod equidem meminerim, raro nec nisi sententiarum ratione cogente inmutauit (cf. ex P. I, 6, 31 et trist. IV, 1, 5; ex P. II, 3, 60 et trist. V, 13, 8; ex P. II, 6, 38 et a. a. II, 732; ex P. II, 7, 42 et IV, 6, 52; ex P. IV, 7, 46 et am. II, 8, 28). Denique ne id quidem parui pendendum est, quod lectio 'amor' cum lectione 'ager' conlata facilius intellegi potest, quae res, si solis eis quos diximus libris recentioribus illa niteretur, ut damnaremus moueret. Nunc libri antiquissimi fidem sequimur, cuius quod assecla est codex Bauaricus id quanti sit mox illustrabitur.

Atque haec quidem de fragmento Guelferbytano. Proximus huic sed aliquot saeculorum interuallo seiunctus est liber HAMBURGENSIS (A), quem cum Nic. Heinsius Rudolfusque Merkelius saeculo nono uel decimo adscripsissent, Fr. Ritschelius saeculi duodecimi potius esse intellexit. Continet a fol. 223 usque ad fol. 250[b] epistularum ponticarum partem priorem inde a I, 1, 1 usque ad III, 2, 67, foliorum ordine bibliopegi neglegentia sic perturbato ut haec sese excipiant: I, 1, 1—2, 152; I, 4, 1 — II, 1, 45; II, 7, 80 — III, 2, 67; II, 1, 46 — II, 7, 79. Tertia libri primi epistula deest. Codex primum ab N. Heinsio, tum nostra aetate ab R. Merkelio conlatus, tanta ab hoc diligentia descriptus tamque eleganti doctrina suo loco uindicatus est, ut de summa re nihil quod addam habeam. Quod tamen sunt in quibus Merkelii iudicium minus sequar, ea ita sunt conparata, ut non tam illi adversari, quam quae magis significare quam exponere uoluit, explicare uidear. Ille enim non modo, id quod in programmate Vesaliensi anni h. s. LXVI demonstrare studui,

Hamburgensis libri, quem fundamentum crisis Ouidianae esse cognouit, lectionibus saepius neglectis, recentiorum codicum interpolationes secutus est, sed etiam, quo de nunc agam, interpolationibus codicem eum prorsus carere nimis cupide iudicauit. Contra ego interpolatorum fetus in pontica quoque Ouidii carmina inuasisse non dubito. Qui etsi non tot tantique sunt, quanti in aliis libris Ouidianis deprehenduntur, neque, id quod Merkelius recte uidit, e grammaticorum studiis fluxerunt, tot tamen uestigiis adparent, ut negari non posse uideantur. Quamquam non eius temporis, quo liber A exaratus est, eos esse, sed ipsum huius archetypum inquinauisse, si quae de codicis A scriptoris indole Merkelius disputauit reputaueris, facile concedes.

Atque ut primum eius generis quod ad uoces singulares pertinet, exemplum adponam, non huc retulerim eum cuius Merkelius mentionem fecit locum, qui est II, 5, 67, propterea quod codicis A lectionem

thyrsus sublestate gustata est

non tam cum Merkelio ex dittographia

thyrsus si nob' gestata l' gustata est

natam esse reor, quam a solita scribae neglegentia literas extremas iterantis repetendam. Veram enim archetypi manum in codice Bauarico, quem Harlesius contulit, quemque ad archetypum proxime accedere infra exponemus, deprehendisse uidemur, in quo haec sunt:

tirsus ubi est a te, gestata est l. n.

Hoc igitur loco omisso interpolationis demonstrandae caussa adscribimus quae sunt II, 9, 37

fac profugus intra tua castra iacenti.

Quae cum haud dubie syllaba intercepta corruptelam passa sint atque a Merkelio recte hoc modo restituta

fac profugo *pro*sint tua castra iacenti,

sat dilucide opinor interpolatorem produnt. Quamquam quod huic adiungatur simile prorsus exemplum non habeo: plura uero additamenta uersuum inueniuntur. Quibus additamentis trifariam locus facultasque data est: primum ex lacunis, tum

ex interpretamentis hic illic margini additis, denique ex scholarum usu. Harum interpolationum singula genera locis singulis (I, 3, 85. 86; II, 2, 35—38) demonstrare studuimus (mus. rhen. XXII p. 205—216). Superest ut de illo loco quem supra laudauimus disputemus quem Merkelius in textu editionis obelo transfixum, in praefatione coniectura addita seruauit genuinumque se habere enuntiavit. Haec autem leguntur ex P. II, 5, 67. 68:

thyrsus enim nobis, gestata est laurea nobis:
sed tamen ambobus debet inesse calor.

uar. lect.

67. thyrsus sublestate gustata ·ē· laurea nob̄ *Hamburg.* tirsus ubi est a te gestata est l. n. *Bauaricus.* thyrsus inest *Putean. et nonnulli Heinsii codd.* adest *Guelferbyt. in marg. Basileensis et nonnulli Heinsii codd.* th. ubi est a te *Combii codex.* th. enim nobis, g. e. l. uobis *Burmann. Verpoorten.* delphica non aeque gestata est l. n. *Guelferbyt. et duo Heinsii codd. Probauit R. Bentley.* 68. inesse color *coni. R. Merkel.* 67. 68. 'totum distichon dubiae fidei est suspectum' *N. Heinsius.*

Vides omnia fere, quae locis haud dubie interpolatione corruptis I, 2, 8 sq. et II, 2, 33 sq. notata sunt, ne hic quidem loci deesse. Habes lectionum uberrimam uarietatem, habes hexametri duplices recensiones. Accedunt alia. Etenim si hexametrum quem supra adscripsimus cum eo uersu conferes, qui ab Merkelio, Hamburgensis libri auctoritatem secuto deletus est I, 8, 20

se nimis ulciscens extitit ipse nocens,

quanta utriusque sit similitudo non te effugiet. Quamquam originem utriusque fetus diuersam fuisse mihi persuasum est. Nam cum uersus I, 8, 20 lacunae explendae studio originem deberet, ex quibus uersus II, 5, 67. 68 deriuati sunt fontes ad marginale ni fallor scholion redeunt, quod uersibus 69. 70 adlitum erat. Haec enim fere adnotata erant: 'ambobus (sc. et eloquentiae et poesi) debet esse color.' Unde primum hexameter ortum cepit, cui, ne lacuna esset, haud ita multo post pentameter additus est, quem in editionibus legimus. Qui cum neque intellegeretur, neque sententiarum nexui satis faceret, non defuit qui nouum consarcinaret

hexametrum, in Gudiano codice Politianique schedis traditum. Quamquam ne eum quidem probabis, si qualis sit sententiarum ordo respexeris. Nam cum poematis inde a uersu 57 ratio ea sit, ut Ouidius quomodo fieri potuerit quaerat, ut ipsius carmina Salano probentur, versibus 65. 66 et 69. 70 eo res ducitur, ut in carminum indole oratoria caussam fauoris se repperisse poeta fateatur. Quod quam sit cum poesis generi ei, quod Ouidius exul coluit, tum ipsius indoli consentaneum, non est quod moneatur. Eum sententiarum nexum illud quod uersibus, ut nunc sunt, 67. 68 efficitur distichon insulsissimum doctrinaeque uanae specie adumbratum temere interrumpit. Vnde plane tollendum esse censeo.

Haec eis quae de codice Hamburgensi in mus. rhen. l. l. dixi sunt addenda.

Non minus bono ex fonte quam codex Hamburgensis manauit BAVARICVS (β) ab Th. Ch. Harlesio accurate conlatus, qui nunc ni fallor Monachii adseruatur. Est codex, ut Harlesii uerbis utar, 'oblongae formae, et pollicum fere decem longitudinem, latitudinem quinque fere explet. Membranae ipsae sunt crassae, ut plurimum lectissimae et paucis lituris inquinatae. Litteris per totum librum minusculis, si a primis singulorum uersuum maiusculis discedas, usus est librarius haud plane indoctus. Inscriptiones carminum et litterae, a quibus singulae epistolae incipiunt, rubro colore sunt scriptae. Compendia scribendi nec adeo frequentia nec aeque ac in recentioribus praecipue chartaceis intellectu difficilia minus impediunt et sustinent lectorem. In scribendi ratione non omnino delicatus fuit is qui scripserat nec negligens. *Coniunx, quotiens, totiens tinguo* etc. posuit, et in uerbis compositis ab *in* aut *con* incipientibus *n* ut *inmitto* semper seruauit. *Ad* uero in compositis mutauit saepe ut *aspicio*. Diphthongos non amauit librarius (sic!): in uerbis tamen primae declinationis *ae* per *e* uirgulā adunca inferius adscripta expressit. In nominibus propriis — a uera scribendi ratione aberrauit saepius. In fine uocabulorum ſ longius-

culum more saeculi sui retinuit. *Codicem ipsum saeculo XII ab alio quodam peruetusto et optimae notae descriptum puto.* Recentior tamen aliquis possessor aliorum lectionem uel suprascriptam uel antiquiore deleta correctam multis in locis proposuit. In lectionibus cum Sarrauiano (i. e. Hamburgensi) fere congruit; singulas uero lectiones ab reliquorum scripturis plane diuersas exhibet paucas.' Haec igitur Harlesius: qui quae diuinauit potius quam intellexit, egregium criticae arti instrumentum hunc codicem esse, paucis illustrabimus. Ac primum quidem uersus qui in codicibus recentioribus sunt post I, 2, 8 et II, 2, 32, quos in editionibus plerisque lectos ex parte Merkelius remouit, *β* non habet, nec I, 8, 20 ubi A uersum omittit, figmentum istud librorum recentium

se satis ulciscens extitit ipse nocens,

sed longe aptiorem habet pentametrum, quamquam ne eum quidem genuinum duco:

audaces animos contuderit populi.

Tum uero plurimis locis cum A solo aut ueras seruauit lectiones, aut certe ab ceteris codicibus dissentit: uelut I, 8, 44 *clodia* II, 9, (49) 45 *lassis* ib. 53 (57) *origine* 65 (69) *illa* 89 (93) *quibus o licuit* 101 (105) *usus* II, 3, 84 *acithali silua* II, 4, 22 *eacidę nestorideque* II, 7, 24 *planus nostris casibus (planis n. c.)* II, 7, 35 *uerear* II, 8, 35 *indeflebile* II, 9, 43 *gentisue pheraeae.* Nolo quot quibusque locis cum A et parte recentiorum codicum ueri testis sit pluribus demonstrare, cum eis, quae posui, summa inter A et *β* affinitas satis manifesta fiat. Qua freti nonnullis locis *β* codicem A libro, antiquiori quidem sed corrupto, anteposuimus. Velut ex eo restituimus II, 4, 7 *ante oculos nostros posita est tua* II, 8, 53 *tuta* II, 7, 83 *nauim.* Ceterum eas partes in quibus A caremus, *β* libri uestigia secutus restitui, prorsus neglectis recentiorum exemplarium elegantiis, quorum ad normam N. Heinsius, cuius in tertio quartoque libro R. Merkelius assecla est, textum conformauit. Quamquam ne *β* quidem uitiis caret uel neglegentiae (eorundem uerborum sunt

repetitiones cf. II, 9, 19) uel interpretationis, quo in genere id praecipue grassatum est, quod notionibus, quae ceteris codicibus testibus uerbo praedicatiuo carent, ipsum id uerbum, uel potius tertia singularis numeri forma, nam ea sola agebatur, addita est.

Interpolatorum codicum primus est codex ARGENTORATENSIS (B), quem Heinsius saeculo XI adscripsit, ego duodecimi potius uel tertii decimi saeculi esse crediderim. Codex, quem F. G. Bergmanni decani beneficio in manibus habui, adseruatur in bibliotheca seminarii euangelici Argentoratensis (not. C. V. 27). Is liber decem fere digitos altus, quattuor digitos latus uiginti tribus primis foliis, quorum in singulis paginis quadrageni quaterni sunt uersus, epistularum ponticarum continet partem priorem ab I, 1, 1 — III, 5, 34, cum foliis inde ab uicesimo quarto ad tricesimum tertium, quinquagenis per singulas paginas uersibus, heroides quas uocant legantur, ne eae quidem integrae, quippe quae uersu XIX, 231 finiantur. Diuersis temporibus utrumque opus scriptum esse facile intellegitur, siue chartam spectas illic crassam hic tenuissimam, siue litterarum ductus in heroidibus uix saeculo XIII aptos, seu denique formam codicis ipsam haud dubie ex duobus exemplaribus a bibliopego conpositi. Addo heroidas ab Loersio conlatas esse, sed, praesertim ubi oculorum acie opus erat, parum accurate.

Epistularum ponticarum codex trium est partium, inter se fere aequalium, a diuersis hominibus exaratarum, quarum prima ab I, 1, 1 ad I, 9, 28 pertinet, altera ab I, 9, 29 ad II, 9, 21, tertia ab II, 9, 22 ad III, 5, 33. Pentametri non reducti, librorum neque initia notata neque exitus, nisi quod in summa pagina prima colore olim rubro, nunc euanido haec scripta sunt: *Incipit ouidi' de ponto ad b . . . . .* Epistularum singularum tituli rubro colore picti linearum singularum spatia explent. Schedis duabus codici adpositis de origine eius docemur. Quarum in altera haec leguntur scripta:

Ornamentum hoc bibliothecae
Constantinopoli in
Germaniam transla-
tum meo mihi
aere comparaui
Tubingae Cal. Ian. MDCXXI

ubi quod desideratur nomen ex codice Vergilii Argentoratensi, in quo eadem sunt ita suppleuit Oberlinus: *Henricus Albertus Hamilton Danus* (cf. Oberlin. praef. ad epp. ex P. p. XV sq.). De ortu igitur codicis edocemur ac de quodam eius primo (?) possessore H. A. Hamiltone, ut tamen neque de tempore, quo liber in Germaniam translatus sit, neque de eo qui transtulerit, fiamus certiores. Hamiltonem certe bibliothecae Argentoratensi librum dono dedisse, quod Oberlinus nescio quo errore ductus coniecit, id prioris schedae uerbis redargui uidetur his:

Johannes Werckerr
Reip: patr. p. t. consul
et scholarcha ddt,
ao. Christi 1644.

hunc enim uirum uerisimile est bibliothecam eo codice donasse.

Atque haec quidem de codicis condicione ut ita dicam externa: iam ut ad ipsum textum ueniamus, siglae quae dicuntur fere eaedem sunt, quas R. Merkelius ex Hamburgensi notauit, orthographia pro temporum discrepantia dissimillima. Ne dicam *is* syllabam in exitu accusatiuorum decl. III quam A et β saepius seruauerunt, semper in *es* esse mutatam, tanta est formarum uarietas, ut quid rationi cuidam uel consuetudini tribuendum sit, quid scribentis errori, dignosci fere nequeat. Legitur fere semper *nichil*; rarissime *michi*, nunc *quotiens* nunc *quoties*, hic *difert* illic *differt*, saepissime *hiemps, dampna, autumpnus*, nonnullis locis *hiems*, *auttumnus*, haud ita raro *tollerare*, *illaris*, *accuat*, *ammonitu*, cum uera non desint, legitur et *thuraque*, *thomite*, *thoros*, et *teromedon*, *itaci*, *tessalicamque*, *erictonius*, *ortos*, et *horestee*, *cohercet*, *harenis*, *histro*, *horas*. *c* et *t* mutantur, sed ut *c* crebrius occurrat; inuenitur *cercior*

ocia, noticiam, pociaris et *tenatia, sautia, solatia. i* semper fere loco *y* litterae legitur, nisi quod semel *achylle* scriptum est. Haud raro *i* et *g* mutatae sunt (I, 2, 100 *magus*, I, 6, 42 *ingecta*) quod idem in codice Lipsiensi saec. XIII animaduertimus. Addo cum Hamburgensi conspirare Argentoratensem in his fere formis: *incolomis, iocundus*.

Codicem ex libro transcriptum esse cuius scriptura esset uncialis eaque continua tum plurimis uerbis quae non erant coniungenda demonstratur coniunctis, tum litterarum commutationibus quae inde repetuntur: uelut h et n, h et b, i et l, s et i, e et o, e et i hic illic confunduntur.

Verba ipsa, ad quae transimus, Hamburgensi libro tam sunt similia, ut nisi de Constantinopolitano libri ortu constare uideretur, ex illo eum deriuatum esse facile crederes. Primum uide errorum consensum: I, 5, 6 *ut capeant uitio* A *ut capeant uicium* B I, 7, 44 *stultitiam — meam* A *stulticiam — mea'* B I, 1, 15 *frugifero sentimus inutiles herbe* A *frugiferum sentimus inutiles herbe* B II, 1, 16 *nomen* AB II, 2, 77 *penas adde quietis* A *penos adde quietis* B II, 3, 51 *resistes* AB II, 7, 66 *esse dari* AB II, 4, 16 *regentis* AB II, 8, 51 *rure* AB II, 6, 23 *fortunae accedere* AB: deinde uide uerorum consensum his locis: I, 2, 5 *quaeras* 4, 19 *malorum* 4, 42 *amor* 5, 10 *coacta* 5, 67 *quo mihi* 6, 13 *hoc quoque fortunae* 6, 21 *tutum* 6, 43 *quidque facis* 7, 8 *habere uelint*. Conpara porro utriusque libri lectiones eis locis quibus B correctus est: I, 6, 11 *cum* A *qua* [*l'cū*] B I, 7, 9 *non satis* A *cui* [*l'non*] *satis* [*l'nos*] B I, 8, 11 *caṣpios aegisos* A *caspius* [*o*] *aegissus* [*o*] B I, 8, 32 *caraṭ* A *cura* [*a*] B I, 8, 69 *optes* A *optạs* [*e*] B II, 2, 50 *o mihi* A *ei* [*o*] *mihi* B II, 10, 40 *equoreos* A *equoreas* [*o*] B. At his et aliis, quae uno ex fonte A et B manasse prope euincere uideantur, obstant, quae latissimo spatio libros inter se disiunctos esse conprobent; primum uersus interpolati II, 2, 8 et 2, 33 sq., tum singulorum uerborum temeraria friuolaque mutatio. Cuius corruptionis haec notare lubet exempla: II, 2, 37 *ales* A *anas*

B *ib.* 51 *nitor* A *furor* B *ib.* 69 *ille* A *ipse* B II, 5, 60 *foedera quisque* A *sidera queque* B II, 7, 40 *cauantur* A *mouentur* B II, 7, 45 *caecata* A *calcata* B II, 8, 13 *uidebam* A *solebam* B *ib.* 21 *in* A *ab* B II, 8, 69 *sic ingarabarmis* A *sic iungar ab armis* B II, 9, 21 *commune deos* A *commune decus* B II, 9, 26 *icta iouis* A *ulla iouis* B *ib.* 30 *cur sua sexta* A *cur sua sacra* B *etc.*

Haec sufficient, ex quibus libri B natura intellegatur. In quem cum ex fonte satis bono quique ab A nullo fere interuallo distaret deriuatus sit, tamen a temporis quo scriptus est ratione, quo tempore corrigendi in usum legentium textus studium effloruit [1]), satis multi inuaserunt errores, quibus auctoritas eius ualde minuitur.

Quinto loco ponenda uidentur EXCERPTA SCALIGERI (O) quorum conspectum Heinsio debemus (cod. bibl. reg. Berol. 1076), qui ipse quanti sint pretii uerbis declarauit [2]), re, ut solet recentiorum librorum elegantiis selectis, minus probauit. Nunc ubi de Hamburgensi libro rectius iudicatur, ne haec quidem excerpta, cum Argentoratensi accuratius archetypum sequantur, praetermittenda sunt. Quod paucis locis in conspectu positis facile intellegitur

I, 9, 24	nec ignoscitur — negas A
	nec ignosci cur — negas O
	nec ignosci tu — nega Bβ
I, 10, 15	cuiuos A cuiuis Oβ cuius B
II, 3, 84	aeithali silua Aβ
	ithali silua O
	itala silua B
II, 7, 35	uerear qua t̄ reat A
	uerear quo terrear β
	uerear qua tu rear O
	uertor quia te rear B

1) inde repetierim quod in B II, 2, 8 sq. II, 2, 33 sq. aliquot disticha inueniuntur, multis coniecturis aspersa, ex quibus quot qualesque homines in istis locis desudauerint cognoscitur. Longe aliter res se habet in cod. Basileensi cf. *Bemerkungen zur Handschriftenkunde p. 10.*
2) praef. ap. Burmann. III p. 701 b.

Adde: I, 1, 51 *linigerae* AO *lanigerae* β *lagere* [ne] B I, 1, 69 *teredine* AO *uredine* β^1 *putredine* Bβ^2 I, 5, 79 *laudare syene* AO *laudere syenae* β *laudere sirene* B I, 7, 36 *ista* AβO *illa* B I, 9, 32 *caues* AO *caue* βB II, 1, 33 *iustitiamque sui caste placasse parentis* Aβ?O *iustitiaque sui c. pl. p.* B II, 1, 46 *Bato* Aβ?O *fuit* B II, 2, 49 *lassis* AβO *lapsis* B II, 3, 18 *supputat* AβO *supputet* B II, 7, 45 *caecata* AO *uexata* β *calcata* B II, 7, 77 *pleno* AβO *recto* B II, 8, 45 *indeflebile* AβO *admirabile* B —. Adiungo eos locos quibus AβOB consentiunt: I, 4, 19 *malorum* 30 *tremit* 57 *principe* I, 5, 67 *quo mihi* 80 *pingit* I, 7, 19 *idque sit ut uerum* I, 9, 52 *uertit amoma* I, 10, 12 *naua* II, 1, 36 *saxaque roratis* II, 1, 60 *ipse suis (ante suis β)* II, 2, 31 *tuta est* II, 2, 75 *natosque nepotum* II, 2, 57 *origine* II, 3, 29 *nosse uideri* II, 3, 93 *lassis* II, 4, 20 *iunctis* II, 9, 70 *linis (linguis β)* II, 10, 15 *tradit (trahit* [d] A).

Sed quominus tanto lectionum consensu moti librum, quo Scaliger usus est, pro optimo habeamus duce, inpedimur haud paruo lectionum numero ab Aβ nimis discrepantium. Ex quibus ut eas seponamus, quae uel intempestiua similium locorum memoria ortae sunt uel calami erroribus debentur (uelut II, 3, 1 *imples* O (*cf. I, 2, 1*) *aequas* AβB I, 2, 78 *uix bene nota (cf. Gierig. ad metam. II, 47)* II, 5, 50 *exit aquis* O *ortus aquis* ABβ II, 3, 55 *sed licet* O *scilicet* AβB I, 2, 81 *quidque* O *quaeque* AB *(cf. u. 79)* II, 3, 6 *meo* O *tuo* Aβ *tua* B *(cf. u. 4)*): haec fere restant ex prioribus libris duobus notata:

I, 2, 35 *admittar* Aβ *admittor* B *transmittor* O I, 2, 140 *inter comites* AβB *i. socios* O I, 3, 37 *frigore* βB *litore* O I, 9, 17 *funera* Aβ *uulnera* βO I, 4, 36 *sa carina* A *argo* [firma] *carina* B *firma carina* β *corr. densa carina* O I, 5, 11 *contendere* AβB *demittere* O II, 1, 39 *proflua* AβB *pascua* O II, 2, 49 *mutando* AβB *mutato* O II, 3, 48 *ut facias lapso* A *ut facis et lapso* β *ut facias lasso* B *ut facis et lasso* O II, 3, 92 *uides* Aβ *putas* OB II, 5, 75 *suis* AβB *tuis* O II, 7, 29

statuatur AB *monstretur* O II, 7, 31 *trucior* A *truculentior* βB *atrocior* O II, 9, 10 *tutior* AβB *mitior* O II, 9, 77 *umdicis* A *uindicis* βB *principis* O II, 10, 45 *ipse quidem certe* AβB *ipse quidem extremi* O

De hac tanta tam multis in locis discrepantia cum duas in partes disputari possit, ut aut posthabitis AβB codicibus O libri tamquam unius ueri fontis auctoritatem sequare, aut multis hunc locis temere interpolatum iudices, ego in alteram hanc sententiam concedo. Nam et uersus illi insitiui, de quibus iam diximus (I, 2, 8 sq. II, 2, 33 sq.), quos, si Heinsius omnia enotauit, in Scaligeri codice fuisse non est quod negetur, codicem saeculo XIII uel proximo scriptum arguunt, et lectiones ipsae magna ex parte eae sunt, quae sententiae uel linguae ornandae caussa fictae esse uideantur (cf. similia *Bemerkungen p.* 7). Quae res ea potissimum lectionum uarietate, quam ad I, 2, 35; 5, 11; II, 7, 29; II, 9, 10; II, 10, 45 adscripsi, facile adparet. Magna inde in eis existit difficultas lectionibus diiudicandis, quae speciem ficti minus prae se ferunt, summaque cura est adhibenda, ut suo quaeque loco recte aestimentur. Esse autem in lectionum discrepantium numero, quae eis, quae in AβB sunt, anteponendae uideantur, Heinsius Merkeliusque recte iudicauerunt (cf. II, 5, 75 cll. IV, 8, 60. IV, 13, 27). Ipse Scaligeranas restitui I, 9, 17; cf. IV, 5, 40. IV, 12, 5.

Adiungo his libris codicem Bersmanni, cuius collatio (N) extat in margine editionis Bersmannianae (Lipsiae typis Grosianis a. MDCXIX). Quem se Ferrariae excussisse Bersmannus testatur, temporis quo scriptus sit notione non addita*). Eiusdem eum autem temporis esse, cuius Scaligeri codicem fuisse coniecimus, cum ueri quadam specie inde conligi posse uidetur, quod interpolationum initia tantum insunt. Nam cum II, 2, 8 sq. duo uersus reperiantur, II,

*) eas solas lectiones excussi, quas codice nominato attulit, non eas, quae teste non addito in margine plurimae inueniuntur, quippe quas non librorum manuscriptorum, sed aut editionum lectiones aut Fabricii coniecturas esse pro certo affirmari possit. cf. praefat. Bersmanni.

2, 33 sq. quattuor uersuum qui circumferri solent tres, hexametri duo et unus pentameter (cf. appar. crit.), ei tempori libri originem merito tribuimus, quo studia poematum expoliendorum incohata, nondum finita erant, quamquam recentiore aetate quam B et O codicem N exaratum esse constat. Multo enim latius quam in illis uagatur interpolatio.

Non solum enim hemistichia plane noua inueniuntur (e. gr. II, 7, 54. I, 10, 36), sed etiam tota disticha ut ita dicam occasione data migrant (cf. app. crit. ad II, 2, 16 cll. II, 9, 73. 74). Accedunt uerborum singulorum mutationes textui ornando destinatae paene innumerabiles, quarum haec adponere satis habeo: I, 7, 46 *modico* N *modice* AβB 51 *suas quamuis* NB *etiam* Aβ 56 *crede* N *credo* AβB 63 *permittas* N *permittis* AβB I, 8, 13 *ipsi* N *ipsis* AβB 24 *terra* N *roma* AβB 44 *claudia* NB *clodia* Aβ 48 *non sunt* N *non et* AβB I, 9, 52 *fudit* N *uertit* AβB I, 10, 12 *puella* N *iuuenta* AβB Itaque etsi nonnullis locis errores quibus libri uetustiores affecti sunt, euitantur (e. gr. I, 8, 51 *rupe* N *rure* AβB cll. I, 8, 35. 66) atque ubi codices recentiores quorum accuratam habemus notitiam falsa praebent, cum AβB uera nonnumquam N seruauit (I, 4, 30. 36. 37. I, 7, 8. 55), tamen ea quae bona inueniuntur, non pluris aestimanda sunt, quam coniecturae, non tam ex recta qua carmina expolienda sint ratione quam ex felici quodam animi impetu natae.

Libro Bersmanniano aequales, si catalogo bibliothecae imperialis Parisinae Heinsioque fides est, tres sunt codices, quarum conlationes in schedis Heinsianis extant, quos ille REGIVM (C), PVTEANVM (D), et MORETI librum (E) adpellauit. Eorum priores duo adhuc extant Parisiis, de codice Moreti nihildum mihi innotuit.

Ac REGIVS quidem, nunc numero 7993 signatus, membranaceus, forma oblonga maiore, cuius singulae paginae ternos uersuum quinquagenorum quaternorum ordines continent, a fol. 75 a — 86 b tristia, inde ad fol. 101 b libros ex Ponto usque ad uersum II, 7, 42 complectitur; utrumque opus atramento subfusco eoque plurifariam tam euanido

scriptum est, ut litterae uix agnosci possint. Codici si in uniuersum spectes non multum fidei tribuas. Nam quamuis interpolationes, numero haud paucae, satis leues sint, sunt tamen eae, quae quo minore spatio a lectionibus genuinis distent, eo maiorem fallaciam contineant. Primum autem, ut singula genera tangam, plurimae inueniuntur discrepantiae ex praepositionum mutatione ortae [cf. I, 2, 95 *repperit* I, 2, 49 *amplectitur* I, 5, 3 *inquirere* 22 *effluat* I, 6, 40 *praeposita* I, 8, 69 *comprimat* II, 2, 39 *profer*] tum ut numerorum et modorum [I, 8, 26 *accedunt* II, 2, 31 *petunt* II, 2, 41 *causas* I, 5, 25 *laboris* I 5, 37 *pugnas* ib. 69 *his theatris*], sic uocabulorum similium ac prope idem significantium uicissitudines [I, 4, 30 *timet* I, 5, 16 *scripsi* II, 1, 27 *luxisse* I, 10, 12 *flaua* ib. 27 *permanet* ib. 39 *testis fractae* II, 1, 33 *claros*], animaduertuntur etiam constructiones nouatae, boni ingenii raro testes [I, 3, 39 *sint* I, 3, 49 *extremis* ib. 85 *ignoscas* I, 5, 30 *meum* II, 1, 43 *captiuos*], denique uerborum transpositiones [I, 5, 41 *constanter ego* I, 7, 31 *tanto frater* I, 10, 43 *minuat nobis meritam*] uerbique copulatiui minor cura [I, 3, 25 *arte est* ibd. 66 *loco est* I, 5, 67 *fama est* cf. I, 7, 23 *est om.* I, 7, 33 *est om.*]. Iam si adiunxero, eis locis quibus lacunae fuerunt, uersus non solere deesse eisque quibus archetypi lectio corrupta fuit, uulgares inueniri interpolationes [cf. I, 2, 101], nisi quod I, 4, 36 cum Bersmanni libro 'sacra' traditum est, de auctoritate libri uix erit quod ambigatur.

Codex D, bibl. imper. Parisinae nr. 8239 saec. XIII membranaceus, foliorum 169, formae oblongae minoris, fastorum tristiumque libros indeque a fol. 116—169 libros 'de Ponto' continet. In margine legitur 'Cl. Puteani'. Quo de libro ne longus sim, ex primis libri primi quinque carminibus, omissis quae errori ortum debere uisa sunt, ea adponam, quae uel in D solo uel paucis cum eo libris extantia enotaui: I, 1, 6 *nam* 14 *aspice* 23 *quid* 19 *et* 25 *non* 37 *quod quis* 40 *dum* 43 *monent* 46 *magna* 99 *faciant ergo* 127 *multa metu cohibet et poena* 146 *in-*

ficienda meae I, 3, 8 *a monito* 37 *roma est* 42 *non* 59 *sagittas* 80 *sacra* 91 *sapientia* I, 4, 5 *cognoscere* 22 *dolor* 35 *cymba* 39 *casta cum pallade* 45 *est ergo* I, 5, 2 *scripta* 14 *non est* 19 *incipias* 63 *facio si* 77 *posse placere* I, 1, 13 *fortasse roges nouitate* I, 2, 87 *tolerare diu didicisse* 143 *fama melior* I, 4, 5 *uideas subito* 33 *primos comites* I, 5, 30 *quaero tecum* 31 *sanos uere* 47 *tempus quas.* Quae qui perpenderit, nihil omnino auctoritatis D codici esse concedet.

Codex E, quem et N. Heinsius et qui postea Pontica ediderunt, aequo pluris duxerunt, Balthasaris Moreti fuit, typographi Antuerpiensis [cf. syll. epp. III p. 137]. Is liber ex fonte satis bono neque tamen integro ductus tanta et uariarum lectionum et interpolationum manifestarum et uersuum nouorum copia oppletus est, ut summa in eo usurpando cautela adhibenda sit. In quo cum post uersum I, 8, 60 hi inveniantur uersus egregii:

utque solet nimium si fontis riuus abundet
diducam studio ne sata laeta grauet,

I, 10, 36 autem idem quod in N hemistichion atque I, 5, 49 genuinae lectionis loco haec fere scripta sint '*surgat ab his iuuenis iuli nomine dignus*' (*l'dictus* above *nomine*), Heinsium et Merkelium quod hunc librum I, 2, 101 sequi uoluerunt quominus probem diffidentia prohibeor: omnino autem quod fecerunt improbandum uidetur uariarum lectionum quas E habet natura cognita. Quarum ex libris paene duobus conlectarum hunc habe conspectum:

I, 4, 43 *aruis l'oris* 5, 1 *tuus l'tuos* 5, 10 *mouente l'coacta* 11 *contendere l'dimittere* 31 *an l'en* 37 *euitat l'eiurat* 38 *capit l'gerit* 41 *seruo l'carpo* 63 *abest l'obest* 63 *faciam sed l'facio ni* 77 *mirabile l'miserabile* 80 *cingit l'pingit* 6, 30 *in dis l'inhac* 42 *arguit l'arcuit* 7, 10 *l'habenda* 12 *pulset l'pugnet* 15 *cultorum l'sociorum* 18 *nosque — tuos l' meque — tuum* 22 *eras l'eris* 44 *mei l'meam* 52 *dabat l'tulit* 8, 8 *latet l'iacet* 37 *hortos l'ortus* 57 *pressi l'prensi* 9, 25 *celeberrima l'creberrima* 48 *l'atqui l'namque* 51 *honoris l'amoris* 10, 12

ignaua l'graia l'grata II, 1, 13 *iuuat l'rigat* 62 *nota l'puta* 2, 10 *umbra l'caussa* 126 *ad mea l'in mea* 3, 9 *prius l'prior* 14 *probum l'pium* 15 *et nisi l'nil nisi; nil detrahe l'en detrahe* 35 *per l'pro* 55 *ducis l'dicis* 95 *fiat l'detur* II, 5, 58 *indoluisse l'ingemuisse* 72 *commilitiis l'cum militia.* Quibus ut iusto fundamento nitatur iudicium adiunge lectiones discrepantes ad I, 6, 1 *ubi* 20 *licet* 43 *quid facis hic* 47 *uota meum* I, 7, 7 *di precor* 47 *uiuant* I, 10, 25 *ethneosque.* Horum quae postrema sunt, quod codicem unde E descriptus est non integrum fuisse dixi, illustrabunt: priorum plurima cum sint quadam mutandi libidine insignita exercitationibus scholasticis tribuenda esse primo statim adspectu cernitur. Quae restant per se spectantem fortasse eo ducent, ut ex codice melioris notae sumta esse iudices; sunt enim in eorum numero sat multa quae Aβ codicum auctoritate firmentur. Sin consideraueris quae de alterius lectionum adscriptarum partis origine monuimus ipsasque has lectiones ad unum quasi modum ad quem aestimentur redegeris, non tam codicis uetustioris fidem eas habere concedes, quam ingenii esse saepe exuberantis saepe uera uidentis fetus iudicabis. Vnde sequitur, ne huic quidem codici nisi in eis quae cum β uel maiore ceterorum librorum numero communia habet, credendum esse. Accedit codicibus ab Heinsio accuratius conlatis liber P. Seruii: quem recentissimum neque quicquam boni praebentem ut chartae parceretur, omittere satius putaui.

De codice BASILEENSI (F) dixi in *Bemerkungen zur Handschriftenkunde der Ovid. B. ex Ponto p. 9—11.*

Codicis IUNIANI (G) conlationem debemus Heinsio (cod. bibl. reg. Berol. 1076). Is liber 'non quidem uetustus, emendate tamen ac fideliter descriptus' (syll. epp. III p. 80. 82. 131) omnia Ouidii opera continuit (Ouid. ed. Burmann. I p. 323 b). Recentis aetatis sat multa sunt signa nec desunt quae librum ex quo descriptus est literis cursiuis exaratum (cf. uarr. lectt. ad I, 5, 51; II, 3, 87; I, 5, 76) et deterioris notae fuisse doceant. Quantumuis

multa enim eorum, quae peruersa et falsa in lectionibus ex G enotatis inueniuntur, scribae neglegentiae haud sane paruae tribuantur; tot tamen taliaque textus uel exornandi uel expoliendi studii documenta glossarumque relliquiae restant, ut ipsum codicis huius archetypum saeculo XII antiquiorem uix habuerim. Atque ut haec uere a me esse dicta intellegas, has uide ex paucis carminibus sumtas lectiones: I, 1, 4 *abde modo* 11 *ut hos* 19 *nec tamen* 51 *lanigerae* 67 *mihi tabida* 69 *putredine* 74 *conficientur* 75 *stimuli mentem* 77 *credat* I, 2, 5 *quaeris* 6 *quisue* 8 *aduersa* 14 *confiteor* 38 *admitteret* 54 *ipse* 57 *liquescunt* 101 *sub eo est sic sit* 102 *eant* 121 *non mihi* 13 *propior uitae* 133 *ille ego sum dixi* 134 *medio scripta canenda foro* I, 3, 13 *de nostro corpore poenae* 25 *arte est* 37 *roma est* 42 *non* 49 *extremis* 59 *sagittas* 93 *grata uoluntas* 94 *consuluitque* I, 4, 20 *adesse* 30 *timet* 37 *amintone* I, 5, 22 *montes* 33 *quid — agro* 37 *euitat* 58 *modis* 77 *miserabile* I, 7, 11 *premit* 12 *pugnat* 13 *nos habet haec.*

Codex GUDIANUS (228) (L) quem Bethmanni uiri humanissimi beneficio in manibus habui, membranaceus foliis LI primis libros ex Ponto integros saec. XIII, uiginti tribus foliis Statii Thebaida, septem et decem ultimis Claudiani de raptu Proserpinae carmen (saec. XIV) complectitur. Primae partis paginae pleraeque tricenorum binorum uel ternorum sunt uersuum, margines lati scholiis textu multo recentioribus repleti, scholiis interlinearibus et uariis lectionibus textus abunde aspersus. Tituli neque librorum extant neque epistularum, quae lineolae spatio distant suntque litera prima uel rubro uel caeruleo colore picta insignitae. Contulit librum N. Heinsius a Bernardo Rottendorphio medico, cuius nomen ab ipsius ut puto manu scriptum in pagina prima extat, acceptum, et a possessoris nomine Rottendorphianum dictum aliquoties laudat. Orthographia quam dicunt codici F simillima est, siglae plurimae nec semper simplices. Codicis auctoritas eis de quibus egimus maior uidetur. Etsi enim satis multas et corruptelas

et interpolationes cum illis habet communes, uitia sunt magna ex parte non tam temeritatis — quamquam ne ea quidem desunt —, quam neglegentiae atque librorum recentiorum unus proxime ab archetypi fide abest. Nunc habe haec lectionum L exempla:

I, 7, 53 *igitur nobis* 55 *citra fateor* I, 8, 4 *generis magni* I, 9, 1 *quae mihi de celso tua uenit epistola rapto*
boni
41 *celso lacrimas;* I, 2, 5 *quaeris* 6 *loquor* 54 *meo* 89 *ira dei* 93 *ut potuit* 102 *eant* 105 *non petis* 126 *bella manu* I, 3, 24 *formidandis* 37 *roma est* 39 *clausa — nata* 93 *haec*
carpo
ita sint I, 5, 10 *seruo* I, 6, 10 *mens mea* I, 7, 8 *abesse uelint;* I, 1, 51 *lanigerae* 67 *mirum est* 70 *maris* I, 2, 53 *comperta est* 57 *liquescunt* I, 3, 19 *pulmone repulsus* 51 *educat uuas* I, 4, 30 *timet;* I, 2, 101 *sit publica sarcina terrae* 123 *ueloxque ad praemia danda* 127 *poenae qui multa cohercet amore* 131 *ille ego uestros qui* I, 3, 13 *multum demas nostro de pectore curae* I, 4, 42 *non docuisset amans.*

Codici Gudiano simillimus codex ERFURTANUS [ε] quem in Harlesii usum contulit Herelius. Qui ubi nunc sit nescitur: Erfurti Kritzius testatur non esse. Codex ei qui contulit saeculo decimo tertio exeunte aut ineunte decimo quarto scriptus uidebatur (praef. Harlesii p. XII).

Codex LIPSIENSIS (P) bibliothecae urbicae (Rep. I n. 7) quem Naumanni uiri humanissimi liberalitate in manibus habui, formae est maximae foliorumque LXXIV. Continet a fol. 1 ad fol. 15a libros ex Ponto, inde usque ad fol. 19a remedia amoris, tum usque ad fol. 64a metamorphoseon libros XV, denique amorum libros tres ('Ouidius sine titulo'). Singulis in paginis bini sunt quinquagenorum senorum uersuum ordines, uersuum initiales literae rubrae. Epistulae pleraeque titulis rubro colore pictis, lineolae spatium inplentibus notatae, librorum exitus et initia indicata omnium. Scholia marginalia et interlinearia rarissima. Desunt propter foliorum nonnullorum dilacerationem ex P. I, 1, 1—7 (nisi quod e uersu 7 'docetis' superest), I, 1, 57—63

et sequentium uersuum ultimae uoces uel syllabae, I, 2, 32—38 et initia uersuum 39—52, I, 2, 87—93. Haud pauca madore-corrupta legi uix possunt. Orthographia fere ea quae in F est, nisi quod *g* et *i* consonantium commutatio, qualis in B est, accedit consonantiumque quae uocatur adsimilatio crebrior. Interpunctio scribam diligentem prodit, contextus non item, saepius enim syllabas uel uoces omisit, quae maximam partem ab altera manu additae sunt, aliaque multa peccauit quae correctoris operam effugerunt. Textus recentiores libros sequitur; quod ut adpareat lectionum paucarum comparatio sufficiet:

I, 1, 24 *scrinia* 51 *lanigerae* 67 *non igitur — mens mea* 69 *putredine* 75 *relinquunt* I, 2, 57 *linquescunt* 99 *iustissimus* 101 *sub eis. sic sit* 102 *eant* 127 *multa metu cohibet poena qui p. cohercet* 145 *maxima* I, 3, 13 *demas nostro de pectore curae* 59 *sagittas* 86 *quae facit* I, 4, 30 *timet* 37 *amuthone* 42 *amans* I, 5, 10 *mouente* 37 *euitat* 41 *seruo* 77 *miserabile* I, 8,43 *pomiferis* I, 9,52 *aroma* I, 10, 12 *grata.*

Paucis commemoramus fragmentum LOUANIENSE (V), quo epistularum ponticarum particula a III, 3, 25 -- IV, 4, 16 seruata fuit. Cuius de condicione cum praeter ea, quae ex Heinsii schedis excerpsimus, nihil constet, lectionum ex eo petitarum partem adponemus, ut cuius illud generis sit perspiciatur: III, 3, 37 *studio l'stultus* 62 *tuus l'nepos* 61 *plecti l'proici* 72 *aliud l'aliquid* 102 *repsit* III, 4, 14 *quem l'quod* 18 *scripta l'uisa* 20 *uidimus l'scripsimus* 27 *mentis l'gentis* 31 *clangore* 55 *bibit l'leget* III, 5, 12 *non — magis l'haec — minus.*

Superest de quo dicam fragmentum DURLACENSE nunc Caroliruhense (R), cuius collationem Alfr. Holderi beneuolentia accepi. Codex in quo est continet fragmenta operis astronomici et Hieronymi epp. II saec. VI, Alexandridis Gualteri de Castalione libri I fragmentum et Ouidii pont. II, 8, 35—III, 1, 92 saec. XIV, Auiani fab. 34, 8—40, 9 saec. IX [cf. Froehner philolog. XIII, 602. XIV, 387]. Epistularum librique quarti initia literis rubro colore pictis notata sunt. Paucissima liber habet singularia et sua: [cf. uar. lectt. ad

II, 8, 36. 76; II, 9, 5. 37. 59; II, 10, 4. 31], in ceteris librorum interpolatorum assecla est.

Iam postquam codices quorum conlationes penes nos sunt, ut potuimus descripsimus singulorumque quae sit auctoritas, breuiter exponere conati sumus, restat ut quae inter codices ratio intercedat et quatenus inter se uel propinqui sint uel dispares indagemus. Cuius quaestionis summam supra iam indicatam ut paucis comprehendamus, duo fere sunt librorum ordines, quorum alter qui fragmento Guelferbytano librisque Hamburgensi et Bauarico efficitur in uniuersum integram seruauit poetae orationem, alter qui libris BCDEF GLNOPR Heinsianorumque librorum conluuie constat interpolatorum operam expertus est. Fundamentum autem in quo interpolatores niterentur, si quid uideo, non aliud fuit quam liber Hamburgensi simillimus. Quod ut pro certo affirmem, facit cunctorum librorum eis in locis quibus A corruptela aliqua laborat consensus eiusmodi, ut ab eis quae in A sunt emendatio profecta esse uideatur. Emendandi autem conatus qui facti sunt ad unum fere hominem referendos crediderim. Tantus enim, eis exceptis quae recentissimorum librorum peculiaria sunt, omnium fere exemplarium consensus est quantus aliter fieri uix potuit. Atqui ipsa, quotquot discrepant, ita sunt conparata ut interpolatoris primi cogitationes mutentur quidem, non tollantur. Eorum quae dixi documenta ut essent eos seligere placuit locos, qui ipsa discrepantia eodem omnem fundamento niti interpolationem ostenderent:

I, 2, 101 sub eo sic sit publice saroterra A
sub eo [eo est DEG eis P] sic sit sub cesare terra βCDEFGNP
sub eo sit publica sarcina terre L
sub eo sit publica sarcina rerum εEpr. u. l.
l'mundi
. . . . . . sarcina publica terre F *in marg. pr. u. l.*

I, 2, 127 multa metu poena qui pauca coercet A
multa metu pene pena qui p. c. FN

l'coibet
multa metu pene pena qui p. c. B
multa metu cohibet et pena p. c. D
multa metu cohibet poena qui p. c. OP
multa metu poenae qui poena p. c. EG
et qui multa metu sed poena p. c. βC
multa metu pene qui multa cohercet amore L
I, 4, 36 quac solet esoniden sa carina fuit A
quae tulit esoniden densa carina fuit O
. . . . sacra carina fuit CN
. . . . firma . . . . DEFGLPβcorr.
firma
qua subit esonides argo carina fuit B
II, 9, 37 fac profugus intra tua A
fac prosis intra tua BCFLNPβ
fac prosis inter tua DEG
fac profugo prosint tua em. R. Merkel.

Quae cum ita sint Aβ solos sequendos esse facile adparet. Quod et Merkelius fecit et nos illo etiam diligentius fecimus, praecipuam operam ei librorum Ponticorum parti nauantes, quam uir ille doctus codicibus, quos unice sequendos esse intellexit, minus adhibitis, ad Heinsii normas excudi iussit.

Codicum quos recensui lectiones discrepantes omnes conposui, non quo magnos inde fructus redundaturos esse crederem — nam textui restituendo codices A¹AβOB sufficiebant —, sed ut quantopere, saeculis progredientibus, ea quae Ouidius scripsit, a uera genuinaque forma declinauissent, uno quasi conspectu manifestum fieret. Aliam uiam ingrediendam censui in eis codicibus adiungendis ex quibus Heinsius unam et alteram loci lectionem enotauit. Qui cum fere omnes essent recentissimi, ei autem quos Heinsius saeculo XII adscripsit, satis temere interpolati*) [*cf. Bemer-*

*) Quod l. l. de Twisdeniano, Feschiano, Vaticano aliis libris dixi, plenos eos esse interpolationum nec ad textum restituendum ullius aliquem fructum, idem licet de eis lectionibus dicere, quas ex Politiani schedis, Florentiae in bibliotheca dominicanorum seruatis, descriptas Heinsius nimis saepe in textum intulit. Nec opus est uerbis: quae inde Heinsius ad primi alteriusque libri carmina laudat adponam, codicum

kungen z. Handschriftenkunde p. 3—7], pauci denique in Heinsii schedis nominatim laudati, in eo quod uir clarissimus incepit, longius procedere uolui, cunctam lectionum ex istis libris congestarum farraginem signis breuibus conprehendens. Numeris enim certis, quibus R. Merkelius in Tristium editione usus est, ideo mihi uti non licuit, quod cum nonnullorum codicum ab Heinsio inspectorum accuratas conlationes haberem, ubi is aliquem exemplarium numerum lectionem aliquam tueri adnotauit, numquam fere certo sciebam, essentne codices Argentoratensis Basileensis Gudianus ceteri conprehensi an non essent. τ litera igitur singulos codices notaui, ψ nonnullos, ω multos.

Atque haec quidem de codicibus. Virorum doctorum coniecturas, praeter eas quae in textum receptae sunt, paucas memoraui: nullas Casp. Barthii, nonnullas Nic. Heinsii, integras R. Bentleii. Barthius enim codice utens Basileensi quem 'cascum' et 'uenerandae antiquitatis' iactare non du-

---

nostrorum lectionibus adiectis: I, 1, 76 *quique doles* Pol. *dolet omnes codd.* 79 *ab hoste* Pol. I, 2, 38 *amittat* (*rec. H.*) 88 *habebat* B 92 *premi Thuan. duo alii* I, 3, 26 *extenuandu* BDEFGLNω 27 *firmarint* ψ 40 *adsiluam — suam; quaeque* CDFGN 89 *seruare uelitis Vatic.* [*cf. Bem. z. H. p. 6*] 91 *quin sit; loquor hoc; uobis* N 92 *sim* CDEG I, 4, 24 *ab om.* I, 5, 12 *ad* ABCDE *pr. Medic.* 56 *reddat humus pr. Medic.* BCD 75 *possim* C *Gottorph.* I, 7, 34 *putes* Dψ I, 8, 5 *uiuimus exiguis* 27 *stygias* ABβψ 43 *piniferis* AβB *Medic. pr. Fesch.* ω 53 *instarent* 69 *iustam qui supprimat; hic* Aβψ 9, 42 *ille* AβBCEN II, 1, 13 *iuuat* AβBCE *pr. Medic.* ω 36 *iactatis* Nψ 49 *huc* Dψ II, 2, 24 *efficias* 30 *puppis* AβLψ 39 (41) *fouens* CEGLNω 47 (51) *eloquio* 71 (75) *nurum* AβBF^{1}Gψ *natosque nepotum* AβBCDEGLNψ 84 (88) *summus* Eψ 122 (126) *in mea* E pr. u. l. τ II, 3, 9 *prius* AβBC^{1}DEFGLN *pr. Medic.* ω 12 *pretii — sui* ψ 18 *supputat* Aβ *pr. Medic.* ω 41 *quaere* EG *pr. Medic.* ψ 48 *lasso* BE pr. u. l. O 55 *iuuenum clarissime* 81 *unus* ACDF^{1}ψ II, 4, 14 *tua* Cψ 22 *nestoridesque* CDψ 28 *campanas* II, 5, 51 *silens afflat* 67 *delphica non aeque gestata est l. n.* L *frgm. Vatic.* II, 6, 35 *lasso* AβBCEFOω 37 *utor in aura* Aβ^{3}ψ II, 7, 34 *fatis — meis* ψ 45 *caecata* AβDEFGLNP *pr. Medic.* ω 53 aliquem Fψ II, 8, 24 *lora* CE pr. u. l. ψ II, 9, 21 *hoc cum te* 45 *tam uinci* 67 *in pontica litora*

His igitur lectionibus conparem atque ut ita dicam socium deprehendimus codicis Feschiani. Uterque enim (si de uno codice a Politiano excusso cogitandum est, quode nihil constat), cum haud paucis locis ueras lectiones seruauerit, unde auctoritatis cuiusdam species acquiritur, longe maiore tamen in numero locorum, quibus inspecti sunt interpolatione graui scatent, siue cum libris recentioribus faciunt siue propria quaedam praebent. Vnde cum propria quaedam dignitas excerptis Politiani uix esse uideatur, codicibus interpolatis nota tantum insignitis addidimus.

bitauit [cf. aduers. XL c. 12. XLI c. 4] librorum fidei rationem prorsus non habuit, Heinsius codicum recentiorum facetiis ductus nimis multa tentauit, quae falsi ne suspitioni quidem obnoxia sunt, coniecturaeque istae, quamquam ubique ingenii elegantis sunt doctrinaeque eximiae testes, ad textum conformandum nullum fere usum habent, R. Bentleius etsi haud ita raro errauit, errauit tamen ita, ut etiam errore doceat. Mearum coniecturarum eas in textum recepi, quibus poeta quae scripsit me assecutum esse uerisimile uidebatur, eas, quae magis sensum, quam uerba poetae restituere uiderentur, notis adiunxi.

Epistularum titulos omisi, non tam ad poetam quam ad scholiastas referendos ratus. Lectiones discrepantes editionum Heinsii et Merkelii adposui, ut et quantopere Ouidius Heinsianus a genuina forma discrepet dilucide perspiciatur, et quibus locis a Merkelio discesserim facilius adpareat. Obelum Merkelium imitatus dextro margini adpinxi, ubi de uersu restituendo desperaui, stellulam eis adposui uerbis, quae corrupta necdum emendata sunt. Vncis eas lectiones inclusi, quas in schedis Heinsianis non notatas ex commentario Burmanniano sumpsi.

Orthographiam quoad potui ad eas normas constitui, quae his annis ab A. Fleckeiseno, Fr. Ritschelio aliis propositae sunt.

Iam uero dulce restat officium, quo uiris doctissimis humanissimis, qui sua me opera in hoc libello conponendo adiuuerunt, gratias agam. Quorum in numero egregium locum sibi uindicauerunt Fr. Ritschelius et qui bibliothecae regiae Bonnensi praefecti sunt Papius et Klettius, qui una cum eis quos supra nominaui et codices quibus opus fuit, officiosissime conparauerunt et multis aliis rebus mihi succurrerunt. Neque minus grato animo Th. Roeperi memoriam recolo, qui doctrina et humanitate aeque insignis tantam meo operi et examinando et expoliendo curam adhibuit, ut sat magnam eius partem illius esse lubentissime confitear. Denique haud ita pauca Fr. Bressleri sagacitati debentur, plagulas prelo submissas accurate perscrutati.

Dabam Gedani a. d. XV Cal. Octobr. CIↃCCCLXVII.

EX PONTO LIBER PRIMVS.

1. Naso Tomitanae iam non nouus incola terrae
hoc tibi de Getico litore mittit opus.
si uacat hospitio peregrinos, Brute, libellos
excipe, dumque aliquo, quolibet abde loco.
publica non audent intra monimenta uenire,
ne suus hoc illis clauserit auctor iter.
a! quotiens dixi 'certe nil turpe docetis:
ite, patet castis uersibus ille locus!'
non tamen accedunt, sed, ut aspicis ipse, latere
sub lare priuato tutius esse putant.
quaeris, ubi hos possis nullo conponere laeso?
qua steterant Artes, pars uacat illa tibi.
quid ueniant, nouitate roges fortasse sub ipsa.
accipe, quodcumque est, dummodo non sit amor.
inuenies, quamuis non est miserabilis index,

I, 1 Incipit ouidı' de ponto ad b/////// B Incipit liber primus. Epistolarum Ouidii Nasonis *de Ponto* (*a man. rec.*). Epistola prima ad Brutum β 1 tomitaneiā N̄ terre A terre B 4 quoslibet AB abde modo ABGβ adde Cτ adde l' abde F 5 intra Aβ inter π 6 nam suus Dτ l'nam
l'auferat l'iter2
Eψ || actor FGε || clauserit β || opus β 7 at quotiens A ah quotiens βBNha CDEFGL || 9 nec E || pc̄J laterei P 10 puto τ 11 haec C ut
e sc. antonii
hos G || lèso B 12 quaſ terrant A || arces β || pas B 13 qui Nβ² || fortasse roges n. sub ipsa BDE 14 aspice D || dum non sit P 15
ſe
N̄ . c̄ . mı.rabilis A || sit EFε

LECTIONUM VARIETAS HEINSII ET MERKELII 5 inter *H*

non minus hoc illo triste quod ante dedi.
rebus idem titulo differt. et epistula cui sit
non occultato nomine missa docet.
nec uos hoc uultis, sed nec prohibere potestis,
musaque ad inuitos officiosa uenit.
quicquid id est, adiunge meis. nihil inpedit ortos
exule seruatis legibus urbe frui.
quod metuas non est. Antoni scripta leguntur,
doctus et in promptu scrinia Brutus habet.
nec me nominibus furiosus confero tantis:
saeva deos contra non tamen arma tuli.
denique Caesareo, quod non desiderat ipse,
non caret e nostris ullus honore liber.
si dubitas de me, laudes admitte deorum,
et carmen dempto nomine sume meum.
adiuvat in bello pacatae ramus oliuae:
proderit auctorem pacis habere nihil?
cum foret Aeneae ceruix subiecta parenti,
dicitur ipsa uiro flamma dedisse uiam:
fert liber Aeneaden, et non iter omne patebit?
at patriae pater hic, ipsius ille fuit.
ecquis ita est audax, ut limine cogat abire

16 hoc ille A || dedit N ueui B 17 difert q[2] epistola B 18
docet
uenit β 19 nec tamen G non uos DE[1] || sed haec A sed non BCDGLN 21 adi . mihi D || meis inpetit ortos B || nil CDEGLN
ł omnia
23 quid Dψ 24 inpmptus carmina prutus A carmina BCDEFGLNε scrinia βPψH || crimina τ Gronou. 25 non me *D* || furiosis consere
tuli
A fur//////us P || comparo τ 26 seua B || non . . . . . arma P || dedi
in
F 27 cesareo B 28 nec caret τ || e nostris ε || nullus A 29 du-
d2
bites τ || demei audes A deme B || ·amitte ε 31 adiuuat inbelle pec-
augustum
cata feramus oliue A adiuat B 32 actorem Eε auctorem β || nichil B 33 onerata parenti τ 34 dici . . . ipsa P || dedisse locum E 35
parabit
aeneadem AC || sed non C || patebit β 36 ad p. p. hoc A || illius ipse F ipsius ipse pater L ille pater E 37 et quis CNP quod quis D ||
ipet
limite D lumine P || cogat F

iactantem Pharia tinnula sistra manu?
ante deum matrem cornu tibicen adunco
cum canit, exiguae quis stipis aera negat?
scimus ab imperio fieri nil tale Dianae:
unde tamen uiuat uaticinator habet.
ipsa movent animos superorum numina nostros,
turpe nec est tali credulitate capi.
en, ego pro sistro Phrygiique foramine buxi
gentis Iuleae nomina sancta fero.
uaticinor moneoque. locum date sacra ferenti!
non mihi, sed magno poscitur ille deo.
nec quia uel merui, uel sensi principis iram,
a nobis ipsum nolle putate coli.
uidi ego linigerae numen uiolasse fatentem
Isidis Isiacos ante sedere focos.
alter ob huic similem priuatus lumine culpam,
clamabat media se meruisse uia.
talia caelestes fieri praeconia gaudent,
ut sua quid ualeant numina teste probent.
saepe levant poenas ereptaque lumina reddunt,
cum bene peccati paenituisse uident.
paenitet, o! si quid miserorum creditur ulli,
paenitet, et facto torqueor ipse meo.
cumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
estque pati poenam quam meruisse minus.

38 lactantem A iactatam N || sista F 39 abunco B 40 dum DE || aerea necat A negat β neget BCDEFGLNPε 41 tale deorum τ 43 monent D mo(u2)nent β || nomina ELP n(u)omina β carmina ψ || credite C 44 turpe necem tali A 45 en ergo P || frigiique B 46 n(u)omina β || ſca̅ fera A ſca̅ feram B sacra F magna fero D 47 dare Nτ 50 illum Cω 51 linigerae AO lanigerae CDEGLNPβε uide(i) — la(ne)gere B lanigerae *in marg.* niligeno F [*cf. Heins. ad a. a. 1, 77. met. 1, 747*] 52 Sidiſiſiacos A || iacere N 53 aliter A || priuatur A || limine τ || causam BC fo(culpam)rmam β 56 probant A 60 fato N 62 poena A penas BCDEGP poenam FL

40 neget *H*

ut mihi di faueant, quibus est manifestior ipse:
  poena potest demi, culpa perennis erit.
[mors faciet certe, ne sim, cum uenerit, exul:
  ne non peccarim, mors quoque non faciet.]
non igitur mirum, si mens mea tabida facta
  de niue manantis more liquescit aquae.
estur ut occulta uitiata teredine nauis,
  aequorei scopulos ut cauat unda salis:
roditur ut scabra positum rubigine ferrum,
  conditus ut tineae carpitur ore liber:
sic mea perpetuos curarum pectora morsus,
  fine quibus nullo conficiantur habent.
nec prius hi mentem stimuli quam uita relinquet:
  quique dolet citius quam dolor ipse cadet.
hoc mihi si superi, quorum sumus omnia, credent,
  forsitan exigua dignus habebor ope,
inque locum Scythico uacuum mutabor ab arcu.
  plus isto duri si precer oris ero.

---

2. Maxime, qui tanti mensuram nominis inples
  et geminas animi nobilitate genus:
qui nasci ut posses, quamuis cecidere trecenti,

63 dii B || mansuetior τ *Bentleius* quorum manifestior ipse est ε || 65. 66 *deleuit H* 65—68 *del. Bentleius* 65 co[v2] uenerit F || exsul A || uenerit ipse B 66 nec non A 67 nil igitur ψ || mirum est BCDEFGLPN [*cf. III, 1, 29*] || mens si B || mens mihi G || facto A 68 denique manantis A 69 ferturut B estur [*in rasura*, fertur *suprascr.*] β || uiciata B uiolata D || [re]tedine ADEO putredine BCFGLN putredine P [p2t2]uredine β 70 aequoreos *edd. uett.* || [cauat] uacat ε || maris C FL 71 foditur B fertur ut ψ 72 carpitur — conditus ε 74 conficientur G 75 relinquet AβN relinquent BCDEFL¹ relinquunt GP relinquant L² ψ || stimuli mentem G stimili L 76 doles τ || cicius B || cadat ψ 77 haec NP || credent Aβ credant BCDEFGLNPεω 78 habeb[r]o A || 79 sitico L schitico A scitico B || ab hoste τ 80 ista ε || precor Cω

I, 2 MAXIMO Aβ ad maximum B maximo amico suo E hanc epistolam ouidius mittit maximo P ad quintum maximum fabium τ 3 ciadde trecenti P

---

65 99 *genuinos habet M* 67 nil igitur *H* mihi *H* 75 relinquent *H*

non omnes Fabios abstulit una dies:
forsitan haec a quo mittatur epistula quaeras,
quisque loquar tecum certior esse uelis.
ei mihi! quid faciam? uereor, ne nomine lecto
durus et auersa cetera mente legas.
uideris. audebo tibi me scripsisse fateri
. . . .
qui, cum me poena dignum grauiore fuisse
confitear, possum uix grauiora pati.
hostibus in mediis interque pericula uersor,
tamquam cum patria pax sit adempta mihi:
qui, mortis saeuo geminent ut uulnere causas,
omnia uipereo spicula felle linunt.
his eques instructus perterrita moenia lustrat
more lupi clausas circumeuntis oues.
at semel intentus neruo levis arcus equino
uincula semper habens inresoluta manet.
tecta rigent fixis ueluti uelata sagittis,
portaque uix firma submovet arma sera.

---

5 quaeris CDEFGLNPε. *probat Harles* 6 quique Eψ quisue G || loquor L || cercior B 7 eτ mihi A ei Bβ hei CEGLNPω heu F || uereor (uerear *corr.* uereor) B dubito F || si D u.....ne P 8 aduersa BCDFGNPε 9 sq. uiderit audebo τibi me scripsisse faτeri A *pentametro omisso et* β, *nisi quod in margine eius a man. rec. distichon infra scriptorum alterum additum est.* a. uiderit haec [hoc BCNτ] siquis tibi me scripsisse fateri [fatebor (fateri) ε] | b. audebo et propriis ingemuisse malis | c. uiderit audebo tibi me scripsisse fateri | d. atque modum penae notificare [certificare D] meae [meioꝛ (ra) B] BCDEGLP (*hoc ordine*: *cbad*). *cd in* F *a rec. man. marg. adscripti. ad in* N *fuerunt. ad deleu. H et Bentleius. bcd del. M.* uideris *e coni. H. M.* 11 (13) me cum P || dignum poena C 12 (14) confiteor ACEFGPβψ 13 (15) uertor ψ nector τ 14 (16) pax ita dempta A || michi B mea Nβ 15 (17) morti E || saeuas BC saeuae D || uullnere F 16 (18) uiperio—uelle B sanguine telā (l. spicula) F || madent εψ uirent τ 17 (19) p trā & moenia A 18 (20) circumuentis (u) A circumeuntis N circueuntis B[CDE]FGLPβ 19 (21) ut Eτ et F || intemptus F 20 (22) manent A 21 (23) rigent iactis B || uelata A uallata (uelata2) β uallata BCDEFGLNP uocata τ 22 (24) summouet ABCEGLN

2,7 hei *H* 9 uideris audebo tibi me scripsisse fateri | audebo propriis ingemuisse malis *H* 18 circueuntis *H* 21 uallata *MH*

adde loci faciem nec fronde nec arbore tecti,
  et quod iners hiemi continuatur hiemps.
hic me pugnantem cum frigore cumque sagittis
  cumque meo fato quarta fatigat hiemps.
fine carent lacrimae, nisi cum stupor obstitit illis:
  et similis morti pectora torpor habet.
felicem Nioben, quamuis tot funera uidit,
  quae posuit sensum, saxea facta malis!
uos quoque felices, quarum clamantia fratrem
  cortice uelauit populus ora nouo.
ille ego sum, lignum qui non admittar in ullum:
  ille ego sum, frustra qui lapis esse uelim.
ipsa Medusa oculis ueniat licet obuia nostris,
  amittet uires ipsa Medusa suas.
uiuimus, ut numquam sensu careamus amaro,
  et grauior longa fit mea poena mora.
sic inconsumptum Tityi semperque renascens
  non perit, ut possit saepe perire, iecur.
at, puto, cum requies medicinaque publica curae
  somnus adest, solitis nox uenit orba malis.
somnia me terrent ueros imitantia casus,
  et uigilant sensus in mea damna mei.
aut ego Sarmaticas uideor uitare sagittas,

---

23 (25) arbore tecti ABCDEFGLNPβε tectam ψ laeti *e cod. Vatic. H Quinctil. VIII, 3, 87. Curtius V, 4, 13* feti *olim conieci* 24 (26) et quod hiemes (v *suprascr.*) hiemi continuatur iners B || hyemps A 26. 27 (28. 29) *in marg. inferiore habet* A 26 (28) hiemps B 27 (29) finicarentia crimenisi A 28 (30) corpora ψ || tortor A 29 (31) niobem D 30 (32) saxa fatia malis A malis βBCLNε mali DF *pr. u. lect.* PG [*cf. met. VI 303 Bach*] fcã suum F 31 (33) quorum D || clemτια A lugentia ψ 32 (34) *om.* A 33 (35) admittar AβP admittor (amittet *suprascr.*) BCDEFGLNε transmittor O 35 (37) occlis B 36 (38) admittet ε admitteret G amittat τ 38 (40) ut DE || sit DEFGN || ut—sit *Bentleius* 39 (41) τιτrydi A ticii BFL titii P || semper Tityique renascens N || recrescens D 40 (42) lecur A 41 (43) medici cū publica cure A 42 (44) uox τ 43 (45) ueros terrent ε 44 (46) sensu (s *suprascr.*) A || et uigilant casus B || dampna AB 45 (47) autegro A

---

23 laeti *HM* 30 mali *HM* 36 amittat *H* 37 sensu numquam *H*

aut dare captiuas ad fera uincla manus.
aut ubi decipior melioris imagine somni,
aspicio patriae tecta relicta meae.
et modo uobiscum quos sum ueneratus amici,
et modo cum cara coniuge multa loquor.
sic ubi percepta est breuis et non uera uoluptas,
peior ab admonitu fit status iste boni.
siue dies igitur caput hoc miserabile cernit,
siue pruinosi noctis aguntur equi,
sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis,
ignibus admotis ut noua cera solet.
saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.
cum subit, Augusti quae sit clementia, credo
mollia naufragiis litora posse dari.
cum uideo, quam sint mea fata tenacia, frangor,
spesque leuis magno uicta timore cadit.
nec tamen ulterius quicquam speroue precorue,
quam male mutato posse carere loco.
aut hoc, aut nihil est, pro me temptare modeste
gratia quod saluo uestra pudore queat.
suscipe Romanae facundia Maxime linguae
difficilis causae mite patrocinium.
est mala, confiteor, sed te bona fiet agente:
lenia pro misera fac modo uerba fuga.
nescit enim Caesar, quamuis deus omnia norit,

---

46 (48) in fera G 47 (49) ego decipior C ubi (ego) ε ego deceptus E 48 (50) regna beata τ 49 (51) *in margine habet* A || quor sum A || amicis *coni. Bentl.* 50 (52) uιτa loquor A 51 (53) haec ubi C || concepta est ψ || preuis B 52 (54) amonitu BF || ipse DEGψ ille P || ipse loci τ meo (boni) L bono C mei F 54 (56) pruinose BEFN 55 (57) liquescunt BDFGLPε liquescunt l' languescunt E liquuntur ψ 56 (58) cera liquet B *Naugerius.* 58 (60) neu τ 60 (62) litera B 61 (63) quae B || tenatia B || fungor D 62 (64) lenis P 63 (65) non tamen ε 64 (66) mutando *coni.* H. morato *uel* pacato *Bentleius* 65 (67) hoc haut F || nichil B || 66 (68) salua A 67 (69) *nouam epistolam incipiunt* CNε fecundia (ta) A || lingue A 68 (70) mitte F (*sic semper*) 70 (72) missa Dψ 71 (73) nouit Fψ'

ultimus hic qua sit condicione locus.
magna tenent illud numen molimina rerum:
haec est caelesti pectore cura minor.
nec uacat in qua sint positi regione Tomitae
quaerere, finitimo uix loca nota Getae:
aut quid Sauromatae faciant, quid Iazyges acres,
cultaque Oresteae Taurica terra deae:
quaeque aliae gentes, ubi frigore constitit Hister,
dura meant celeri terga per amnis equo.
maxima pars hominum nec te, pulcherrima, curat,
Roma, nec Ausonii militis arma timet.
dant illis animos arcus plenaeque pharetrae,
quamque libet longis cursibus aptus equus,
quodque sitim didicere diu tolerare famemque,
quodque sequens nullas hostis habebit aquas.
ira uiri mitis non me misisset in istam
si satis haec illi nota fuisset humus.
nec me nec quemquam Romanum gaudet ab hoste,
meque minus, uitam cui dabat ipse, capi.
noluit, ut poterat, minimo me perdere nutu:
nil opus est ullis in mea fata Getis.

---

72 (74) conditione A 73 (75) mollimina [l *prius in rasura*] F rerum molimina numen ψ 74 (76) hoc est B (75 (77) haec uacat A [*cf. I, 1, 19*] non uacat E ne P || tomite A thomite B 76 (78) querere A || locano tagete A 77 (79) sauromate A sauromote B || iāziges AN iazides B Valges C? Iabiges D iapiges Eε ia(r)çides F iasides G iacides LP 78 (80) cunctaque AO || horestee B 79 (81) quidque DFO || constitit hiems A 80 (82) annis FP anis L 81 (83) pars horum ψ || pulcerrima B 82 (84) ausonia C || timent C 83 (85) dant a. illis arcus P animos arcus illis G || pleneque pharetrae A 84 (86) actus P || eques N equs L 85 (87) tolerare diu didicere DNεω diu tolerare sitim didicere ψ || tollerare B 86 miles B || habebat Bψ haberet τ 87 (89) dei mitis Lψ || nec D || misisset humus A (*cf. u. 88*) 88 (90) *om.* A || humum *coni.* H 90 (92) dabit A dabit (dedit2) β dedit BCDEFGLNP dabat M || premi ψ 91 (93) l' ut potuit EL at poterat βNψ ut poterit G || minimone A 92 (94) illi (nil) β || saeuis D

---

73 rerum molimina numen *H* 81 curant *H* 82 timent *H* 83 animos arcus illis *H* 87 dei *H* 88 humum *H* 90 dedit *H* premi *H*

sed neque, cur morerer, quicquam mihi conperit actum,
  et minus infestus quam fuit esse potest.
tunc quoque nil fecit, nisi quod facere ipse coegi:
  paene etiam merito parcior ira meo est.
di faciant igitur, quorum iustissimus ipse est,
  alma nihil maius Caesare terra ferat,
utque diu saluo sic sit sub Caesare terra,
  perque manus huius tradita gentis eat.
at tu tam placido, quam nos quoque sensimus illum,
  iudice pro lacrimis ora resolue meis.
non petito ut bene sit, sed uti male tutius, utque
  exilium saeuo distet ab hoste meum:
quamque dedere mihi praesentia numina uitam,
  non adimat stricto squalidus ense Getes:
denique, si moriar, subeam pacatius aruum,
  ossa nec a Scythica nostra premantur humo,
nec male conpositos, ut scilicet exule dignum,

---

93 (95) concipit B repperit E || actam P 94 (96) nec CDELε 95
pena2
(97) feci DG || ipsi Dψ || coegit A 96 (98) pene A pene β || pene
ira
uel est E est *om.* ψ etiam est ε || pacior illa mea est B parcior ipse DGψ || uoto *coni. Bentl.* 97 (99) faciant ergo D || mitissimus BGτ | ille est FLε 98 (100) maigus cesarae B || terra facit A 99 (101)
atque publica sarcina
sub eo sic sit publice saroterra A utque diu sub eo ~~sic~~ sit ~~sub cesare~~ terra β sub eo (sub eis P sub eo est DEG) sic sit sub cesare terra BCDE^1FGNP P sit publica sarcina rerum Eε [*cf. Zinzerling. promuls. crit.*
mundi
iuuenil. c. XLV p. 134 sq. ed. L. B. 1610] P sarcina publica terre F *in marg.* ψ publica sarcina terre L sub caesare roma ψ utque diu subsint huic publica pondera rerum *coni* H utque diu sub eo populi censura recurrat *Claud. Ciuilis obseru. belgic. 1740. I. p. 142. Withof. krit. Anmerk. ed. Grimm. Duesseld. 1793 III. p. 60* utque diu saluo sic sit sub caesare *scripsi* 100 (102) buius B || tradit agentis A || cant BDFGLNP || 101 (103) anτ τu A ad tu B 103 (105) nec petis ψ non petis ABCDEFGLPβε non petit ut τ neue pete *Scaliger.* non pete quod D non potes N || ut bene sim NP || non petito ut bene sit '*Chr. Daumius ex scriptis Bersmannianis in ora codicis sui adnotauit*' H mage tutius *coni. Bersmann.* 105 (107) numina mihi A || caelestia numina L 106 (108) geta Nτ || scallidus F || 107 (109) subeas L subeant τ || pacacius B 108 (110) ascitica B || ossa ne scythica A 109 (111) si licet P || exsule A || dignum est BCDEFGLβ

---

94 nec *H* 95 tum *H* 97 mitissimus *H* 99 sub eo sit publica sarcina rerum *HM*

Bistonii cineres ungula pulset equi:
et ne, si superest aliquis post funera sensus,
terreat et manes Sarmatis umbra meos.
Caesaris haec animum poterant audita mouere,
Maxime, mouissent si tamen ante tuum.
uox precor Augustas pro me tua molliat aures,
auxilio trepidis quae solet esse reis:
adsuetaque tibi doctae dulcedine linguae
aequandi superis pectora flecte uiri.
non tibi Theromedon crudusque rogabitur Atreus,
quique suis homines pabula fecit equis:
sed piger ad poenas princeps, ad praemia uelox,
quique dolet quotiens cogitur esse ferox.
qui uicit semper, uictis ut parcere posset,
clausit et aeterna ciuica bella sera:
multa metu poenae, poena qui pauca coercet,
et iacit inuita fulmina rara manu.
ergo tam placidas orator missus ad aures,
ut propior patriae sit fuga nostra, roga.
ille ego sum, qui te colui, quem festa solebat
inter conuiuas mensa uidere tuos:
ille ego, qui duxi uestros Hymenaeon ad ignes

---

110 (112) bisthomi A || pulsat G 111 (113) aliquid Bτ 112 (114) et ALP ut BNCDEG hic [ψ] β? ε? || mares (n *superscr.*) A 113 (115) cesareis A || poterant animum β 114 (116) [mouissent animum si D] 115 (117) tua pro me G 116 (118) auxilium ε, *qui tamen in marg.*: auxilio *habet.* so; esse F 117 (119) docte A 118 (120) pectore A 119 (121) non mihi G || τheromedos A teromedon BCDFNβ theremedon EG teremedon L || crudusue βψ uocabitur τ 120 (122) suis *om.* B || hominem P || equos (l *superscr.*) B 122 (124) esse nocens ψ || 123 (125) uincit DEFP || possit BCDEFGLPβε 124 (126) bella manu N 125 (127) poenae *om.* A pene B et qui multa metu sed poena Cβ multa metu cohibet et poena D (ł coibet *superscr.*) qui poena EGε et qui multa metu qui poena τ multa metu cohibet OP multa metu pene qui multa cohercet amore L 126 (128) fuımına B 128 (130) et C || proprior F patrio ł nobis E patrie — rogam A uu. 129. 130 (131. 132) *post* 132 (134) *ponit* L 131 (133) himineon B hymenaeonadiganes A || ille ego sum G ille ego uestros qui dixi L || dixi DGεω

---

111 aliquid *H* 112 hic *H* 119 crudusue *H*

et cecini fausto carmina digna toro:
cuius te solitum memini laudare libellos,
exceptis domino qui nocuere suo:
cui tua nonnumquam miranti scripta legebas:
ille ego, de uestro cui data nupta domo est.
hanc probat et primo dilectam semper ab aeuo
est inter comites Marcia censa suas,
inque suis habuit matertera Caesaris ante:
quarum iudicio siqua probata, proba est.
ipsa sua melior fama, laudantibus istis,
Claudia diuina non eguisset ope.
nos quoque praeteritos sine labe peregimus annos:
proxima pars uitae transilienda meae.
sed de me ut sileam, coniunx mea sarcina uestra est:
non potes hanc salua dissimulare fide.
confugit haec ad uos, uestras amplectitur aras —
iure uenit cultos ad sibi quisque deos —
flensque rogat, precibus lenito Caesare uestris,
busta sui fiant ut propiora uiri.

3. Hanc tibi Naso tuus mittit Rufine salutem:
qui miser est, ulli si suus esse potest.
reddita confusae nuper solacia menti

132 (134) dona toro A dicta choro B choro F medio scripta canendo thoro G 135 (137) tu CE¹ P tua E² || non numquam B || mirantis A || logabas B || 136 (138) est *om.* Gψ 137 (139) ut primo B || euo A abeuo B 138 inter socias D || mareia A 139 (141) inque suas L || caesaris illam F illa P 140 (142) iudico F 141 (143) fama melior D || testantibus τ 142 (144) clodia N 144 (146) maxima P ultima ψ || inficienda ψ || meae est CDFβ 145 (147) siliam (sileam) B taceam β taceam ε || nostra est A || est *om.* ψ 146 (148) nec potes ψ || hoc E 147 (149) complectitur CNε 148 (150) *a man. sec. scr. in* F '*uersus nisi fallor spurius*' H suos (deos) β 149 (151) mollito ψ cesaris (e) B principe τ nostris A

I, 3. *Totam epistolam om.* A. *postponit quartae* B rufino β ad rufinum B ad rufinum amicum suum D rufino amico suo E hanc epistolam mittit ouidius rufino P 1 tuu⁹ F || ruffino L 2 ullus τ 3 redita P || solatia B || mentis E

136 est *om.* *H*

auxilium nostris spemque tulere malis.
utque Machaoniis Poeantius artibus heros
lenito medicam uulnere sensit opem,
sic ego mente iacens et acerbo saucius ictu
admonitu coepi fortior esse tuo:
et iam deficiens sic ad tua uerba reuixi,
ut solet infuso uena redire mero.
non tamen exhibuit tantas facundia uires,
ut mea sint dictis pectora sana tuis.
ut multum demas nostrae de gurgite curae,
non minus exhausto quod superabit erit.
tempore ducetur longo fortasse cicatrix.
horrent admotas uulnera cruda manus.
non est in medico semper, releuetur ut aeger:
interdum docta plus ualet arte malum.
cernis ut e molli sanguis pulmone remissus
ad Stygias certo limite ducat aquas.
adferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
sanabit nulla uulnera cordis ope.
tollere nodosam nescit medicina podagram,
nec formidatis auxiliatur aquis.
cura quoque interdum nulla medicabilis arte est:
aut ut sit longa est extenuanda mora.

---

4 auxilium F || dedere EPψ *Weise* 5 penantius P || herox (s2) F 8 amonitu F ammonitu LP a monito D || fortior († certior) F 9 uτ iam B || deficiēns F 10 affuso τ effuso τ admoto τ || flamma τ uita F surgere uena l' uena redire l' flamma uenire E 11 nec C || facondia F fiducia G 13 demas nostrae (nostro ε) de gurgite BNψε demas nostro de pectore CDELP d. de nostro pectore F d. de nostro corpore poenae Gψ demas nostrae de pectore β nostrae demas magno [sic] de gurgite τ 15 duretur τ 17 medicis *Vincent. Bellouac.* 18 medica N 19 renulſ9 (miſſ9 2) F repulsus L 20 stigias B || ducit D 21 ille P || epidaurius (esculapius 2), *in marg.* epidaurius (euscalapius) F podalirius ψ 22 saluabit P || mentis ope ψ 24 formidandis Lψ l' formidandis E 25 interdum est τ || nulla medicabitur arte B medicabitur (lis) arte est F || arte est CEGLNψβ medicabilis herbis ψ reparabilis τ 26 aut si LNε Aſt († aut) ut F || loga est F || extenuanda BDEFGLNPβε attenuanda C

---

13 nostrae demas *HM* 25 est om. *HM* 26 attenuanda *M*

cum bene firmarunt animum praecepta iacentem,
sumptaque sunt nobis pectoris arma tui,
rursus amor patriae ratione ualentior omni
quod tua fecerunt scripta retexit opus.
sive pium uis hoc sive hoc muliebre uocari,
confiteor misero molle cor esse mihi.
non dubia est Ithaci prudentia: sed tamen optat
fumum de patriis posse uidere focis.
nescio qua natale solum dulcedine cunctos
ducit et inmemores non sinit esse sui.
quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?
huc tamen ex illa barbarus urbe fugit.
cum bene sit clausae cauea Pandione natae,
nititur in siluas illa redire suas.
adsuetos tauri saltus, adsueta leones—
nec feritas illos inpedit—antra petunt.
tu tamen exilii morsus e pectore nostro
fomentis speras cedere posse tuis.
effice, uos ipsi ne tam mihi sitis amandi:
talibus ut leuius sit caruisse malum.
at, puto, qua genitus fueram, tellure carenti

---

27 firmarint εψ firmarent P 28 sint ψ 30 fecerunt BCDEFGLNPβε texuerunt Barthius *aduers. XXXVII. 10* [*cf. Bemerk. z. Handschriftenkunde p. 12*] texerunt ψ 31 uis est siue hoc l' uis hoc seu uis E Seue
feu2 uis
— uis hoc siue [*in ras.*] hoc F (CDEG²) hoc *alterum om.* L 32 l' mollior est animo faemina nullo meo *H. in schedis codicis signo non addito.* michi
m2
B 33 itaci B 34 fuiū F 35 dulcedine cunctos BCDEFGLNPβ
ctos
Vincent. Bellou. cunctas ε captos '*Vaticani duo*' [*cf. Bemerk. p. 8*] 36
soli
nectit N || sui F 37 roma est BDGLN || littore peius Oψ 38 ista CN || uenit ψ 39 sint CDEFβεω || clausa cauea p. nata Lτ 40 ad
o
siluam — suam τ ad siluas ε quaeque CDEFGNε l' illa E 41 assuetas — saultus B assueta B 42 non D 43 ex pectore B a pectore DL ||
fac
auxilii DE 44 uellere τ credere ε || pesse B 45 efficite uos F effi cite hoc τ 46 malis τ 47 qui D || genitus fueram Nβ fueram genitus
mihi duo
ceteri cdd. || carendi F || potenti Pψ

---

30 texuerunt *HM* 35 captos *HM* 37 littore *H* 47 fueram genitus *HM*

in tamen humano contigit esse loco.
orbis in extremi iaceo desertus harenis,
fert ubi perpetuas obruta terra niues.
non ager hic pomum, non dulces educat uuas,
non salices ripa, robora monte uirent.
neue fretum laudes terra magis, aequora semper
uentorum rabie solibus orba tument.
quocumque aspicias, campi cultore carentes
uastaque quae nemo uindicet arua iacent.
hostis adest dextra laeuaque a parte timendus,
uicinoque metu terret utrumque latus.
altera Bistonias pars est sensura sarissas,
altera Sarmatica spicula missa manu.
i nunc et ueterum nobis exempla uirorum,
qui forti casum mente tulere, refer:
et graue magnanimi robur mirare Rutili
non usi reditus condicione dati.
Smyrna uirum tenuit, non Pontus et hostica tellus,
paene minus nullo Smyrna petenda loco.
non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus:
legit enim sedes Attica terra tuas.
arma Neoclides qui Persica contudit armis
Argolica primam sensit in urbe fugam.
pulsus Aristides patria Lacedaemona fugit,

48 in tam inhumano P 49 extremis CDGNPω || harenis B 50 perpetuos ε 51 hic poiū F || herbas BDEGψε uuas CFNPβ *Burmann* nuas L 52 nec ψ 53 laudes terra BCDEFGLNPβε 54 rigent ψ 55 aspicies BCDEFPβεω || custode D || carentis (e) β carente B 56 uendicet BFLP uindicat βCψ || (magna) uastaque F 57 dextraque leuaque B laeua *om.* F lenaque P 58 motu P 59 sarisas β saristas B sagittas DFGLPεω l' sagittas E 60 piscula ε 61 ueterum — reorum *coni.* H 62 casum forti G casus N 63 rutili Nβ rutilli B rutulli DEFLPψ rutuli G ritulli ε l' camilli C || māgnamini F 64 non illi [*in rasura*] F 65 smirna — genuit (t) B || hospita ψ 66 smirna B syrma ε smirna minus nullo pene G || loco est BC loco es N 67 cinicus B cynicus || patria ε || cynopeus E ~~cinipheus~~ (cinopeus 2) F scinopheus P 68 tsuas F 69 neoptolidis B neoclides F theoclides P || contulit ε 70 pui (1) sensit F 71 aristisses (d2) F || venit ψ

51 herbas *HM* 53 terra laudes *HM*

inter quas dubium quae prior esset erat.
caede puer facta Patroclus Opunta reliquit,
Thessalicamque adiit hospes Achillis humum.
exul ab Haemonia Pirenida cessit ad undam,
quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.
liquit Agenorides Sidonia moenia Cadmus,
poneret ut muros in meliore loco.
uenit ad Adrastum Tydeus Calydone fugatus,
et Teucrum Veneri grata recepit humus.
quid referam ueteres Romanae gentis, apud quos
exulibus tellus ultima Tibur erat?
persequar ut cunctos, nulli datus omnibus aeuis
tam procul a patria est horridiorue locus.
[quo magis ignoscat sapientia uestra dolenti,
qui facit ex dictis non ita multa tuis.]
nec tamen inficior, si possint nostra coire
uulnera, praeceptis posse coire tuis.
sed uereor, ne me frustra seruare labores,
neu iuuer admota perditus aeger ope.
nec loquor haec, quia sit maior prudentia nobis,
sed sum quam medico notior ipse mihi.

---

73 reliquid BP relinquit ψ 74 tessalicamque B thessaliamque ψ || pelios hospes humum *coni. Bentl.* 75 hemonia B || phireida L 76 traps B || colcha argo E colchiacas argo cucurrit aquas τ colcham — aquam ε 77 liquid B linquit ψ || menta catmus B $\overset{da2}{\text{a}}$strum P || tideus calidone B 80 sacra D 83 prosequar Nψ || cunct$\overset{o}{a}$s B || omnibus ex his N euis B 84 horridiorque B 85. 86 *proscripserunt Bentleius, Baumgarten-Crusius, Weisius. cf. mus. rhen. XXII p. 212* 85 ignoscas CDE nostra Gε 86 quae βPCDEFGLN || facies τ || si facio edictis τ || multa tuis BCDEFGLNP$\beta\varepsilon$ l' suis E || qui capit *coni. Burmann.* catis *e coni. M.* 87 non tamen EGψ || inficior B inferior G || possunt GP possent LE 88 fomentis — tuis τ || possit B 89 frustra ne me F || seruare uelitis ψ 90 ne iuuer FP || nec ualet N 91 non ε || hoc N$\beta\psi$ || sapientia D || nobis ψ 92 sum BCDEGFLNPβ sed quia sum τ sim *edd. uett.* || quam nulli B qua medico G

---

73 relinquit *M* 74 thessaliamque *H* 76 colchas—aquas *H* 92 sim *HM*

ut tamen hoc ita sit, munus tua grande uoluntas
ad me peruenit consuliturque boni.

4. Iam mihi deterior canis aspergitur aetas,
iamque meos uultus ruga senilis arat:
iam uigor et quasso languent in corpore uires,
nec iuueni lusus qui placuere iuuant.
nec si me subito uideas, agnoscere possis:
aetatis facta est tanta ruina meae.
confiteor facere hoc annos: sed et altera causa est,
anxietas animi continuusque labor.
nam mea per longos si quis mala digerat annos,
crede mihi, Pylio Nestore maior ero.
cernis ut in duris — et quid boue firmius? — aruis
fortia taurorum corpora frangat opus.
quae numquam uacuo solita est cessare nouali,
fructibus adsiduis lassa senescit humus.
occidet ad circi siquis certamina semper
non intermissis cursibus ibit equus.
firma sit illa licet soluetur in aequore nauis,
quae numquam liquidis sicca carebit aquis.
me quoque debilitat series inmensa malorum,
ante meum tempus cogit et esse senem.
otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:

---

93 haec ita sint Lψ || uoluptas CD 94 consiliumque dedit BEε *ex corr.* ψ consuluique CL consuluitque FGNP consuluitque bene β *a man. rec.* consuliturque boni *Bersmann.*

I, 4. uxori β ad coniugem B ad suam uxorem E hanc epistolam mittit ouidius uxori sue P 1 etas B 2 rura (g) A 3 et presso B quassae τ casso τ lasso τ quasso τ || in corpore uenae β *ex corr.* 4 nunc D || risus l' lusus E || qui placuere placent τ 5 nec me si N || uideas subito DP || cognoscere Dψ || posses P 6 aetati *coni. H.* || tanta est facta D 7 haec B || est *om.* β 9 multos E || digeret D computet τ duxerit ψ 10 pilio B fido N 11 cernis et A || induris B || l' fortius Eψ 12 frangit DEψ || onus ψ humus ψ humus († honus 2) F 13 que A || uacuo est solita L 14 frugibus ψ || humus l' honus F 15 occidit ANε occid ad circi B 16 equis AB 17 ipsa ω || in equore A || puppis τ 19 laborum CDEFGNβε 20 cogor — senex ψ || adesse G 21 ocia B occia F

---

4 placent *H* 7 haec *H* 14 frugibus *H*

inmodicus contra carpit utrumque labor.
aspice, in has partis quod uenerit Aesone natus,
quam laudem a sera posteritate ferat.
at labor illius nostro leuiorque minorque est,
si modo non uerum nomina magna premunt.
ille est in Pontum Pelia mittente profectus,
qui uix Thessaliae fine timendus erat:
Caesaris ira mihi nocuit, quem solis ab ortu
solis ad occasus utraque terra tremit.
[iunctior Haemonia est Ponto quam Roma sinistro,
et breuius quam nos ille peregit iter.]
ille habuit comites primos telluris Achiuae:
at nostram cuncti destituere fugam.
nos fragili ligno uastum sulcauimus aequor:
quae tulit Aesoniden densa carina fuit.
nec mihi Tiphys erat rector, nec Agenore natus
quas fugerem docuit, quas sequererque uias.
illum tutata est cum Pallade regia Iuno,
defendere meum numina nulla caput.
illum furtiuae iuuere Cupidinis artes,

22 dolor D 23 partis A partes π || qui C quia D 24 a *om.* AGψ || asera B serat A || esone (ab *supra*) [o *in ras.*] F 25 minorque DFGP *Weise* 26 si uero non A sed C || numina CFβ || premant F 26 ponto ψ ponton ψ || potit (c[illegible] *supra*) F 28 thessalie A tessalie B thessalico ψ thessalio *coni. H.* || fca timendus P 29 quam ψ 30 timet CDFGLPεω 31 est *om.* Lψ || haemonia ponto est ψ || roma sit histro ABCDEGLNPβε sit yſtro (fluuio *supra*) F roma sinistro *coni. Burmann.* '*distichon suspectum*' *H. uncis inclusi cf. mus. rhen. XXII p. 205 sq.* 33 primos comites DGω || achiue A 34 deseruere DFG || uiam E 36 quae ſolet esoniden ſa carina fuit A quae tulit esoniden densa c. f. O quae t. e. sacra (firma *supra*) c. f. NC q. t. e. firma c. f. DEFGLPβ *ex corr.* qua subit esonides argo c. f. B tuta carina τ 37 non P *Weise* || typhis A tiphis B || nec amintone natus (phenix 2 *supra*) F nec amintone natus GL amuthone P amyntore DE amicore ε amintore β *ex corr.* nec rector amyntore τ 38 sequererue DNτ 39 casta cum pallade D 41 furtiue A || arcus (l. artes *supra*) B

23 partes *H* 25 minorque *H* 31 sit Istro *H* 35 uastum ligno *H* 36 sacra *M* firma *H* 37 tiphys mihi rector erat *H* 38 quas sequerer d. quas fugeremque uias *H*

quas a me uellem non didicisset Amor.
ille domum rediit, nos his moriemur in aruis,
persistiterit laesi si grauis ira dei.
durius est igitur nostrum, fidissima coniunx,
illo quod subiit Aesone natus onus.
te quoque, quam iuuenem discedens urbe reliqui,
credibile est nostris insenuisse malis.
O! ego di faciant talem te cernere possem,
caraque mutatis oscula ferre comis,
amplectique meis corpus non pingue lacertis,
et 'gracile hoc fecit' dicere 'cura mei':
et narrare meos flenti flens ipse labores,
sperato numquam conloquioque frui,
turaque Caesaribus cum coniuge Caesare digna,
dis ueris, memori debita ferre manu!
Memnonis hanc utinam, lenito principe, mater
quam primum roseo prouocet ore diem!

---

5. Ille tuos quondam non ultimus inter amicos,
ut sua uerba legas Maxime Naso rogat.
in quibus ingenium desiste requirere nostrum,
nescius exilii ne uideare mei.
cernis, ut ignauum corrumpant otia corpus,

---

amans 2
42 uellī A || docuisset L || amor B amans CDEFGLNPε 43 nos
aruis 2 armis
sic τ || in annis B aruis ε l' oris E 44 si tamen C 45 ergo D 46
opus 2
illa P || onus B opus ACDEFGLNPβε 47 ipse reliqui τ 49 o ego *erasa*; *man. alt. suprascript.* Ergo F ergo Pω || facerent ψ || possim CEP[βε] *Weise.* 50 coraque A pauca. *in marg. ab 2 manu.* rara B crebraque *coni. Markland.* || comis ABCDEFGPβε genis LNψ [*cf. Bemerkungen p. 8*] 51 pinguae A 52 facit ε *ex corr.* 53 dolores N 55 thuraque B 56 diis superis B || memora A 57 Mennonis F Memonis P || nobis D 58 prouocat τ prouehat ψ

I, 5 MAXIMO Aβ ad maximum B maximo amico suo E hanc epistolam mittit ouidius maximo P 1 tuus Dβ tuus l' tuos CEω
tuos
tuos (o˚ *in ras. a man. 2*) F tuus ε 2 scripta Dε 3 inquirere
ignauum
CD || desistas quaerere Fψ 4 m&i A 5 ignaum F || corrumpunt Dβ consumant *Vincent. Bellou.*

---

49 possim *H* 50 genis *HM*

ut capiant uitium, ni moueantur, aquae.
et mihi siquis erat ducendi carminis usus,
deficit, estque minor factus inerte situ.
haec quoque quae legitis, si quid mihi Maxime credis,
scribimus inuita uixque coacta manu.
non libet in talis animum contendere curas,
nec uenit ad duros Musa uocata Getas.
ut tamen ipse uides, luctor deducere uersum:
sed non fit fato mollior ille meo.
cum relego, scripsisse pudet, quia plurima cerno
me quoque, qui feci, iudice digna lini.
nec tamen emendo. labor hic quam scribere maior,
mensque pati durum sustinet aegra nihil.
scilicet incipiam lima mordacius uti,
et sub iudicium singula uerba uocem?
torquet enim fortuna parum, nisi Lixus in Hebrum
confluat, et frondes Alpibus addat Atho?
parcendum est animo miserabile uulnus habenti.
subducunt oneri colla perusta boues.
at, puto, fructus adest, iustissima causa laborum,
et sata cum multo fenore reddit ager?
tempus ad hoc nobis, repetas licet omnia, nullum

---

6 ut capeant uitio A cap(i)eant uicium B ut pereant *coni.* H et capiant G || aque A || ni moueantur aquae *desunt in P* 7 sit mihi B sic mihi DE || dicendi BCDEFGPβ*ex corr.* ε || carminis nobis P 10 scibimus P || coacta ABE*pr. u. lect.* La *man. rec.* β^1 *Medic. pr.* ω monente PFCDβ*ex corr.* ε notata τ rogata τ uix properata, uix perarata *coni. H.* 11 talis A tales π || contendere β l' dimittere Eψ (l' componere) diuertere τ componere τ committere ψ protendere τ adducere τ demittere O 12 non τ || ad nostros F in duros ψ || rogata C 14 et τ || sit A est D || facto P || gratior F || ipse DEGLNPβε 15 cumque lego N 16 scripsi Cψ 17 non CDFψ || labor sit l' est C est G labor est quia τ est *in ras.*; *fuit* hic F hic quam scribere maior est P (l' ipsa) 18 egra A egra B 19 incipias D || limā A 20 ut CEε ut *in ras.*; *fuit* et F || indicium B iudicio Gε 21 lixus A licus BFLPβεCDEG lycus N? lissus *coni.* M nilus τ *coni. H.* 22 effluat C defluat τ || et montes G || atho Aβ athos π 24 subducant *e coni. H. Bentleius.* 25 iustissim caussa B || laboris CL 26 reddat D 27 tempus adest β

---

21 nilus *H* Lissus *M* 22 athos *H* 24 subducant *H* 27 tempore — nullo *H*

profuit — atque utinam non nocuisset! — opus.
cur igitur scribam, miraris? miror et' ipse,
et tecum quaero saepe, quid inde petam.
an populus uere sanos negat esse poetas,
sumque fides huius maxima uocis ego?
qui, sterili totiens cum sim deceptus ab aruo,
damnosa persto condere semen humo.
scilicet est cupidus studiorum quisque suorum,
tempus et adsueta ponere in arte iuuat.
saucius eiurat pugnam gladiator, et idem
inmemor antiqui uulneris arma capit.
nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis,
et ducit remos qua modo nauit aqua.
sic ego constanter studium non utile seruo,
et repeto nollem quas coluisse deas.
quid potius faciam? non sum, qui segnia ducam
otia: mors nobis tempus habetur iners.
nec iuuat in lucem nimio marcescere uino,
nec tenet incertas alea blanda manus.
cum dedimus somno quas corpus postulat horas,
quo ponam uigilans tempora longa modo?
moris an oblitus patrii contendere discam
Sarmaticos arcus et trahar arte loci?
hoc quoque me studium prohibent adsumere uires,
mensque magis gracili corpore nostra ualet.

30 mecum CF[2] (*in ras.*) || quero sepe A quaero tecum D || quod N || feram Dψ L (*sed* f *et* r *in ras.*) 31 an l' en E || sanos uere D 33 cur sterili tociens B quid ster. G totiens sterili cum sim τ || in agro G 34 dnampnosa praesto B 35 est nimium ε 36 assueta B 37 sautius B || evitat l' eiurat E euitat DGPNβε *ex corr.* ω || pugna A
u
pugnas C 38 capit l' gerit E 39 iurat fore τ 40 dicit B 41 con-
carpo
stanter ego C || studiu A || seruo l' carpo E seruo L carpo ψ curo τ
e u
42 coluiss& B 43 pocius B || ducat̃ A dicam β ducat C 44 occia F || morsque mihi τ 45 non ε || marcessere A 47 tempus quas Dψ
† cor2
quastempus F 48 nostra τ 50 armaticos A || trahor Aβ 51 praebent G || assumere B 52 mensque npa magis F || nobis τ

30 feram *H* 41 carpo *H*

cum bene quaesieris, quid agam, magis utile nil est
  artibus his, quae nil utilitatis habent.
consequor ex illis casus obliuia nostri:
  hanc messem satis est si mea reddit humus.
gloria uos acuat, uos, ut recitata probentur
  carmina, Pieriis inuigilate choris.
quod uenit ex facili, satis est conponere nobis,
  et nimis intenti causa laboris abest.
cur ego sollicita poliam mea carmina cura?
  an uerear, ne non adprobet illa Getes?
forsitan audacter faciam, sed glorior Histrum
  ingenio nullum maius habere meo.
hoc ubi uiuendum est satis est si consequor aruo,
  inter inhumanos esse poeta Getas.
quo mihi, diuersum fama contendere in orbem?
  quem fortuna dedit, Roma sit ille locus.
hoc mea contenta est infelix Musa theatro:
  sic merui, magni sic uoluere dei.
nec reor hinc istuc nostris iter esse libellis,
  quo boreas pinna deficiente uenit.
diuidimur caelo, quaeque est procul urbe Quirini,
  aspicit hirsutos comminus ursa Getas.
per tantum terrae, tot aquas uix credere possum

---

53 quid ACDEFGNPβε quod B *prob. H* 54 hisue nihil A 55 consequıor A 56 messem sitis . ē . si A meissem B hanc satis est messem Fτ || reddat BCD *Medic. pr.* ω 57 nos acuat P accuat B || nos ut A uestra ut Eψ 58 pigeriis B || modis DG 60 et minus ψ || incepti F || cura τ || obest E *pr. u. lect.* ψ adest A 61 polia A 62 uereor BCGLNPβ || aprobet F approbat Cε *ex corr.* 63 forsan audaciter B audacē F || facio si D l' facio ni E || glorier *coni. Bentlei.* || hystrum A 64 ingenium DEG 65 est *om.* Dψ || satis si B || consequar BCω || aeuo (aruo) ε 66 humanos A 67 quid mihi CDEFGLε qua P || fama est CP 68 iste F 69 his—theatris C 70 magni *om.* A || dii B 71 illuc EGε *Medic pr.* ω illic (u) F illic L 72 pinna A penna π 73 diuiditur τ || quae est P || est *om.* τ 74 hyrsutos A 75 terre A || possim Cψ

---

53 quod *M* 56 hanc satis est messem *H* 65 uiuendum, satis *H* 71 illuc *H* 75 possim *H*

indicium studii transiluisse mei.
finge legi, quodque est mirabile, finge placere:
auctorem certe res iuuat ista nihil.
quid tibi si calida prosit laudere Syene,
aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua?
altius ire libet? si te distantia longe
Pleïadum laudent signa quid inde feras?
sed neque peruenio scriptis mediocribus istuc,
famaque cum domino fugit ab urbe suo.
uosque, quibus perii, tunc cum mea fama sepulta est,
nunc quoque de nostra morte tacere reor.

---

6. Ecquid, ut audisti — nam te diuersa tenebat
terra — meos casus, cor tibi triste fuit?
dissimules metuasque licet Graecine fateri:
si bene te noui, triste fuisse liquet.
non cadit in mores feritas inamabilis istos,
nec minus a studiis dissidet illa tuis.
artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
pectora mollescunt asperitasque fugit.
nec quisquam meliore fide conplectitur illas,
qua sinit officium militiaeque labor.
certe ego cum primum potui sentire quid essem, —

---

c a isse
76 iudicium Dψ inicium P || tnsıliere F transiliisse D 77 est *om.* F || miserabile E *pr. u. l.* ψ miserabile P quicquid mirabile N || posse placere Dψ 78 actorem E || ipsa Fτ || c&eres A || res nihil ista iuuat ε 79 calida ef prositi midere sı ne A laudare sirene B syena l' siene C || d laudere F 80 at P || tabrobanen AB tabrobanan P tabronem ε || india G || pingit ABCGNO$\beta\varepsilon\omega$ cingit P cingit l' pingit E tingit DL 81. 82 *del. Bentlei.* 81 ire iuuat τ || distatia B 82 pleidum B || feres DELP 83 melioribus D || illuc D

I, 6 GRECINO A β ad greinum B graecino amico suo E hanc epistolam mittit grecinno P 1 et quid P equid F hecquid L numquid τ || ubi E || audistinate A || diusa B 3 grecine A grecinne PG || metuas licet o graec. N 4 cor tibi triste fuit ψ 5 sanabilis ε 6 *hinc usque ad u 13 prima uersuum uocabula in P euanuerunt.* || nec mens *Micyll.* nec mens—illa suis τ 7 ingenus B perferet ingenuus? D || tibi copia magna est τ 8 molescunt L 9 meliorae fide A 10 quam Gψ cum
† cu'
ψ || milicieque B 11 qua' primum B quam pr. τ || esset [t *a man. sec. in ras.*] L

---

79 positus laudere *H*

nam fuit attonito mens mihi nulla diu —
hoc quoque fortunam sensi, quod amicus abesses,
qui mihi praesidium grande futurus eras.
tecum tunc aberant aegrae solacia mentis,
magnaque pars animi consiliique mei.
at nunc, quod superest, fer opem precor eminus unam,
adloquioque iuua pectora nostra tuo,
quae, non mendaci si quicquam credis amico,
stulta magis dici quam scelerata decet.
nec breue, nec tutum, peccati quae sit origo,
scribere: tractari uulnera nostra timent.
qualicumque modo mihi sint ea facta rogare
desine. non agites, siqua coire uelis.
quicquid id est, ut non facinus, sic culpa uocanda est.
omnis an in magnos culpa deos scelus est?
spes igitur menti poenae Graecine leuandae
non est ex toto nulla relicta meae.
haec dea, cum fugerent sceleratas numina terras,
in dis inuisa sola remansit humo.
haec facit, ut uiuat fossor quoque conpede uinctus
liberaque a ferro crura futura putet.
haec facit, ut, uideat cum terras undique nullas,
naufragus in mediis bracchia iactet aquis.

---

12 mens mea AL 13 hanc quoque CDFGN hoc quoque fortuna τ hic [hoc] q. ε hoc q. fortunae *Medic. pr.* hac q. fortunam *Weise* || micus [a] A 15 egre solatia A 16 animae τ || [consiliumque ψ] || tui mei B 18 tuo pectora n. iuua ε || suua P 19 Qa [e2] F || nomdaci A 20 licet E 21 nec leve ψ bene BEψ || tutum est CDEFGβ || pectcati B 22 palpari τ 23 qualiacunque AN 24 agitis A || signa choire P 25 est *om.* P || non ut BELψ || sed C || uocanda [ū] est F uocandum est τ est *om.* P 26 omnis enim τ || in *om.* τ 27 mentis poene grecine leuande A pene [am] grecine leuande [am] B 28 in toto τ 29—32 *hoc ordine 31. 32. 29. 30* G 30 idis A ex diis B ab diis L et diis CDG et [in2] diis F iam diis ψ 31 fossor uiuat E uinctus quoque compede fossor *nescio unde* H 33 clausas τ 34 iactat P

---

13 fortunae *H* 16 animae *H* 21 nec leue *H* 25 uocandum *H* 31 uinctus quoque compede fossor *H*

saepe aliquem sollers medicorum cura reliquit,
nec spes huic uena deficiente cadit.
carcere dicuntur clausi sperare salutem,
atque aliquis pendens in cruce uota facit.
haec dea quam multos laqueo sua colla ligantis
non est proposita passa perire nece!
me quoque conantem gladio finire dolorem
arguit iniecta continuitque manu,
'quid'que 'facis? lacrimis opus est, non sanguine' dixit:
'saepe per has flecti principis ira solet.'
quamuis est igitur meritis indebita nostris,
magna tamen spes est in bonitate dei.
qui ne difficilis mihi sit Graecine precare,
confer et in uotum tu quoque uerba meum.
inque Tomitana iaceam tumulatus harena,
si te non nobis ista uouere liquet.
nam prius incipient turris uitare columbae,
antra ferae, pecudes gramina, mergus aquas,
quam male se praestet ueteri Graecinus amico.
non ita sunt fatis omnia uersa meis.

7. Littera pro uerbis tibi Messalline salutem
quam legis, a saeuis attulit usque Getis.
indicat auctorem locus? an, nisi nomine lecto,
haec me Nasonem scribere uerba latet?

35 relinquit ψ 36 non P 39 laqueos A || ligantis A ligantes π 40 praeposita Cψ opposita D 41 laborem Nψ labores τ dolores τ 42 l' arcuit Eψ || iniectam—manum D iniectas—manus ψ iniectas (m above)—manufce[2] F iniecta—manum P ingecta—manum B 43 quid facis et C quid facis o D quid facis hic E quid facis L quid f. hinc N q. f. en τ 44 numinis τ 45 quantumuis igitur τ 46 loci τ 47 quem ne N qui non P || mihi difficilis ne D || graecine labora τ 48 uota E 50 mouere BLψ || si non te F 51 turris A turres π || incipiant ψ 52 lustra fere F || fere A || gmina (u above) B 53 grecinnus G

I, 7 MESSALLINO A AD MESSALINVM B messalino amico suo E hanc epistolam mittit messallino P 1 messaline FLP 2 seuis A 3 actorem GLP 4 lauasonem F || scribera B || liquet ψ licet ψ

39 ligantes *H* 42 arcuit *H* 51 incipiant *H* turres *HM*

ecquis in extremo positus iacet orbe tuorum,
  me tamen excepto, qui precor esse tuus?
di procul a cunctis, qui te uenerantur amantque,
  huius notitiam gentis habere uelint.
nos satis est inter glaciem Scythicasque sagittas
  uiuere, si uita est mortis habenda genus:
nos premat aut bello tellus, aut frigore caelum,
  truxque Getes armis, grandine pugnet hiemps:
nos habeat regio nec pomo feta nec uuis,
  et cuius nullum cesset ab hoste latus.
cetera sit sospes cultorum turba tuorum,
  in quibus ut populo pars ego parua fui.
me miserum, si tu uerbis offenderis istis,
  nosque negas ulla parte fuisse tuos!
idque sit ut uerum, mentito ignoscere debes:
  nil demit laudi gloria nostra tuae.
quis se Caesaribus notus non fingit amicum?
  da ueniam fasso, tu mihi Caesar eras.
nec tamen inrumpo, quo non licet ire, satisque est,
  atria si nobis non patuisse negas.
utque tibi fuerit mecum nihil amplius, uno
  nempe salutaris quam prius ore minus.
nec tuus est genitor nos inficiatus amicos,
  hortator studii causaque faxque mei:

---

5 et quis AFPN at quis B 6 tuus esse precor N 7 di precor BEPψ 8 noticiam B || habere β^1 abesse β^2 abesse uelint CDFGLP 9 non satis AN cui (✝ nŏ ✝ nos) satis B || sciticasque B 10 sed uita est G || habere Dψ ✝ habenda E 11 premit F^2L 12 pugnat L pulset l' pugnet Eψ puguet F || hiemps B 13 nos habet haec G || non pomis Gε 15 l' sociorum E 16 in quorum populo G || pras B 18 neges D nosque si negas L || l' meque—tuum E 19 utque sit id ψ || mito (mentito2) F 21 non caes. n. se D notum NPτ notis ψ *Burmann.* nobis τ || finget *medic. pr.* fingat τ 22 l' eris EL eras β *ex correct.* 21. 22 '*distichon hoc unum ex pluribus fidei dubiae*' *H. del. Bentlei.* 23 non G || irrumpo β || lic& ira A || est *om.* BCEGε 24 potuisse A || neges ψ 25 t. mecum fuerit ψ mihi tecum fuerit ψ || fuerat P || nichil B nil N 26 ora A 27 amicus P 28 hortatur A laudator τ || caussaque fixa τ

7,8 abesse *H* 12 pulset *H* 22 eris *H*

cui nos et lacrimas, supremum in funere munus,
  et dedimus medio scripta canenda foro.
adde quod est frater, tanto tibi iunctus amore,
  quantus in Atridis Tyndaridisque fuit:
is me nec comitem nec dedignatus amicum est:
  si tamen haec illi non nocitura putas.
si minus, hac quoque me mendacem parte fatebor.
  clausa mihi potius tota sit ista domus.
sed neque claudenda est, et nulla potentia uires
  praestandi, ne quid peccet amicus, habet.
et tamen ut cuperem culpam quoque posse negari,
  sic facinus nemo nescit abesse mihi.
quod nisi delicti pars excusabilis esset,
  parua relegari poena futura fuit.
ipse sed hoc uidit, qui peruidet omnia, Caesar,
  stultitiam dici crimina posse mea:
quaque ego permisi, quaque est res passa, pepercit,
  usus et est modice fulminis igne sui.
nec uitam, nec opes, nec ademit posse reuerti,
  si sua per uestras uicta sit ira preces.
at grauiter cecidi. quid enim mirabile, si quis
  a Ioue percussus non leve uulnus habet?
ipse suas etiam uires inhiberet Achilles,

29 cui dedimus F cui nos suppremum lacrimas Lψ 30 signa τ [scripta legenda ψ] foro *euan.* P memori scripta c. f. *conieci. cf. am. I, 15, 6. a. a. III 450. ex P. II, 2, 30* 31 tibi Aβψ mihi *ceteri* || tanto frater Cτ || uinctus β 32 actridis P || tindarudisque A tindaridisque B tindaredisque F tyndaribusque β 33 hic L is nec me G || socium ψ || est *om.* CDGPεψ 34 putes Dψ 35 sin β *ex corr.* 36 causa A || illa BEL 37 sed nec D || nam nulla D quod nulla [n *prior linea in ras.*] P ne qua N || uires *om.* A 38 peccet ne quid Cε nequis E *pr. u. l.* 39 culpam mihi τ || negare L^1DEGβ *ex corr.* ψ 40 sed fac. E || facimus A 41 delicta A d$\overset{e}{i}$l$\overset{i}{e}$cti F 42 rogari A relegati C 43 haec Nψ || prouidet $D\beta^2$ praeuidet *ceteri* peruidet β^1 *Scaliger.* 44 stulticiam B || meam ABCψ mei l' meam E 45 quamque—quamque FNτ || quam $\overset{\dagger\ lex}{res}$ β 46 modico EGNPβ *ex corr.* ω || fluminis B 48 nostras ψ 51 etiam AβCLψ quamuis ENP $\overset{1}{quis}$ B $\overset{quamuis^2}{\tilde{\eta}}$ F uires quamuis DG ut iam *e coni H.*

51 ut iam *H*

missa grauis ictus Pelias hasta dabat.
iudicium nobis igitur cum uindicis adsit,
non est cur tua me ianua nosse neget.
culta quidem, fateor, citra quam debuit illa est.
sed fuit in fatis hoc quoque, credo, meis.
nec tamen officium nescit domus altera nostrum:
hic illic, uestro sub lare semper eram.
quaeque tua est pietas, ut te non excolat ipsum,
ius aliquod tecum fratris amicus habet.
quid quod, ut emeritis referenda est gratia semper,
sic est fortunae promeruisse tuae?
quod si permittis nobis suadere, quid optes,
ut des quam reddas plura, — precare deos!
idque facis, quantumque licet meminisse, solebas
. . . .
quo libet in numero me Messalline repone,
sim modo pars uestrae non aliena domus:
et mala Nasonem, quoniam meruisse uidetur,
si non ferre doles, at meruisse dole.

66 Officii causa pluribus esse dari.

52 ipsa grau. G || grauis A graues π || dabit A dedit G l' tulit Eψ 53 igitur nobis L || iudicis BDNεω || assit B 54 nosce P || negat A || tua sit ianua clausa mihi N 55 culpa τ || citra fateor L | ipsa G || est *om.* G 56 sic F[1] sed F[2] set B || crede CEFPεω 57 nec tam̃ A nec tamen BELP non tamen CDNF[2] nec mancum *e coni.* M || sensit *omnes cdd. N* sensit magis altera Dψ || nescit *scripsi* || nectantum officii s. d. a: nostri *coni. H* || 58 hic illic ε huc illuc Dψ illic hic ψ hic illinc ψ || uestros A nostro ψ || tutus Dψ 59 quaque τ || tua pietas est P || quamuis non G 61 quidque quod N 62 meae DGPω mec2 tue F 63 permittas DNψ || quod optas EFGDψ quod obtas P 64 des *euanuit* B || reddes B 65 libet ε *ex corr.* 66 officiiſ [ſ *in ras.*] F causa ACDEGDLβ *ex corr.* causa F caussam B || esse dari ABβ esse dati CDEFGLNP dare *coni. Harles.* rati *coni.* II pati *e coni. M.* 65. 66 *del. Bentlei.* uu. 61—66 *uncis circumscripsit Weise. uersum 66 lacunae explendae caussa factum esse uidit Roeper.* 67 inmero meniessalline A || m̂assaline B 68 sum C || non uestrae pars D || aliene P 69 nasonem quoniam *euan.* B *itidem* 70 dole 70 admeruisse A

52 graues *H* 55 est *om. H* 57 nec tamen o. sensit magis a. n. *H* nec mancum o. sensit domus a. n. *M* 66 causam *M* dati *H* pati *M*

8. A tibi dilecto missam Nasone salutem
   accipe, pars animaę magna Seuere meae.
neue roga, quid agam. si persequar omnia, flebis.
   summa satis nostri si tibi nota mali.
uiuimus adsiduis expertes pacis in armis,
   dura pharetrato bella mouente Geta.
deque tot expulsis sum miles in exule solus:
   tuta, neque inuideo, cetera turba latet.
quoque magis nostros uenia dignere libellos,
   haec in procinctu carmina facta leges.
stat uetus urbs, ripae uicina binominis Histri,
   moenibus et positu uix adeunda loci.
Caspios Aegisos, de se si credimus ipsis,
   condidit et proprio nomine dixit opus.
hanc ferus, Odrysiis inopino marte peremptis,
   cepit et in regem sustulit arma Getes.
ille memor magni generis, uirtute quod auget,
   protinus innumero milite cinctus adest.
nec prius abscessit, merita quam caede nocentum
   . . . .
at tibi rex aeuo detur fortissime nostro,

I, 8 SEVERO Aβ Ad Seuerum B Seuero amico suo E hanc epistolam mittit Seuero P 1 hanc [† a] F hac L 2 aspice τ 3 roges CD || prosequar ψ 4 sat est *coni Bentlei.* si tibi A sit [nota] tibi π || causa β 5 exiguis τ 6 dura pharetra tot A dira τ faretrato B || get[illegible] β 8 neque ACβ nec [*in ras.*] *fuit*: neque F nec *ceteri cdd.* iacet FE *pr. u. l.* P manet ψ 9 quodque B || uenia nostros P || dignare DG dignare [e2] F 10 hoc D || facta scias l' putes τ 11 ripe A rope B ripis F 12 expositu A menibus [at] que situ L 13 caspios aegisos A caspios [u] egisos [u] β caspius [o] egissus [o] B caspius egipsus CDELP caspius egissus Fψ capsius egissus G aegirus τ || creditur CEN || ipsi CDEGNP 14 ac τ 15 odrysiis B odirsiis B odrisicis [c *in ras.*] F || marte *euan.* B || perentis F 16 coepit A || gregem ε 17 generis magni L [generis magna τ] || cintus P *inde hic uersuum ordo in* B: 18. 20. 21. 19. 22 *notis adpictis suis locis restitutorum* 20 *om.* A audaces animos contuderit populi β se nimis ulciscens extitit (estitit P, exstitit L) ipse [ille ψ] nocens π *proscripsit M.*

8,8 nec *H* iacet *H* 13 caspius aegypsus *H* 20 se nimis ulciscens exstitit ipse nocens *H*

semper honorata sceptra tenere manu.
teque, quod et praestat, — quid enim tibi plenius optem? —
Martia cum magno Caesare Roma probet.
sed memor unde abii, queror, o iucunde sodalis,
accedant nostris saeua quod arma malis.
ut careo uobis, Stygias detrusus in oras,
quattuor autumnos Pleïas orta facit.
nec tu credideris urbanae commoda uitae
quaerere Nasonem. quaerit et illa tamen.
nam modo uos animo dulces reminiscor amici,
nunc mihi cum cara coniuge nata subit:
aque domo rursus pulchrae loca uertor ad urbis,
cunctaque mens oculis peruidet usa suis.
nunc fora, nunc aedes, nunc marmore tecta theatra,
nunc subit aequata porticus omnis humo.
gramina nunc campi pulchros spectantis in hortos,
stagnaque et euripi, uirgineusque liquor.
at, puto, sic urbis misero est erepta uoluptas,
quolibet ut saltem rure frui liceat?
non meus amissos animus desiderat agros,
ruraque Paeligno conspicienda solo,

---

22 decere (tenere) β 23 te quoque quod ψ || prestat A p̄rat P praestet F || obtem P 24 marcia FL || cesare A || terra probet N 25 o *om.* L || iocunde ABFLP 26 accedunt CLψ 27 stygias Aβ¹ψ stigias BPψ scythicas CDEGNβ² sciticas FL || horis A horas BF undas τ 28 quatuor BLP || auttumnos B auptomnos F autumpnos L || pleyas F || orta F² *in ras.* 29 urbane A romanae D 30 nasanem (o) F 31 na F² et modo ψ || animi τ 32 carat A cura (a) B 33 aque AβCG eque BE atque DLε (*in marg.* eque) ψ deque FNPψ || modo D domo F² (domus F¹?) || rursum *pr. Medic.* || pulcre AB || urbes A urbem *in marg.* urbis ε pulchram conuertor ad urbem E 34 praeuidet ABCEGLN prouidet Dψ peruidet FPβ || usa Aτ illa BCDEFGLNP[βε] 35 tunc—nunc—tunc A nunc—nunc—tum B 37 tunc ABCψ || campi *om.* F; *in marg. adnot. man.* 2 || pulcros B || ad DF || ortos B l' ortus E 38 stngnaque B stana (g²) F || et *om.* FL || stañaque cum rupis P stagna quoque N || et erupi uirgine usque A || licor P 41 nec PGN nunc B || admissos F 42 conspic. sc[illegible] B consp. loco CN

---

33 eque *H* 34 illa *H*

nec quos piniferis positos in collibus hortos
  spectat Flaminiae Clodia iuncta uiae.
quos ego nescio cui colui, quibus ipse solebam
  ad sata fontanas, nec pudet, addere aquas:
sunt ubi, si uiuunt, nostra quoque consita quaedam,
  sed non et nostra poma legenda manu.
pro quibus amissis utinam contingere possit
  hic saltem profugo gleba colenda mihi!
ipse ego pendentis, liceat modo, rupe capellas,
  ipse uelim baculo pascere nixus oues.
ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,
  ducam ruricolas sub iuga curua boues,
et discam Getici quae norunt uerba iuuenci,
  adsuetas illis adiciamque minas.
ipse manu capulum pressi moderatus aratri
  experiar mota spargere semen humo.
nec dubitem longis purgare ligonibus herbas,
  et dare iam sitiens quas bibat hortus aquas.
unde sed hoc nobis, minimum quos inter et hostem

---

43 nec quo spiniferis—colibus A || pigniferis F pomiferis CDEGNPε *ex corr.* || potitos P || in montibus C || ho[illegible] B ~~agros~~ (ortos2) L 44 faminie —uic A || flaminee BP flăminee F || clodia Aβ claudia π 46 montanas F || non D || piget ψ 47 ibi CDEFGLNP || uiuant Eψ mūt (uiuūt) F || quondam Fτ 48 sed non es C non a F non sunt Nψ || uestra P 49 ut[illegible] F || posset βCDEFGNPε 50 haec β || saltim BP || profuga manu τ || terra τ 51 pendentes π || liceat mihi D || rure ABG(?)ψ rure (p) β 52 babulo B || nisus P 53 saepe ego N || instarent τ desistant B || pectore P 54 ad C || iuga panda GCNP [*am. 1, 13, 16*] 55 discā[illegible] (discam) F l' dicam E dicam ε || ietici P || quœ A || norant F norint τ 56 assuetas B illis assuetas L || addiciamque FP adiciamque manus β 57 prensi moderatis atrati A prensi βCFE *pr. u. l.* ω moderati pressus D 59 longas ε longi[illegible] pugi[illegible]re B || arua FLNP 60 quas sitiens iam CD || bibit (a2) F ebibet τ combibat τ || *Post hunc uersum* E *exhibet haec*: utque solet nimium si fontis riuus abundet | diducam studio ne sata laeta grauet. deducat *Burmann.* 61 sit hoc D hoc *om.* L haec N || nimium est ε || nos (quos) F || hostes FN

---

47 ibi *H* quondam *H* 51 pendentes *H* 54 panda *H* 55 norint *H* pensi *H* 59 arua *H* 60 quas sitiens combibat Burm.

discrimen murus clausaque porta facit?
at tibi nascenti, quod toto pectore laetor,
nerunt fatales fortia fila deae.
te modo campus habet, densa modo porticus umbra:
nunc, in quo ponis tempora rara, forum.
Vmbria nunc reuocat, nec non Albana petentem
Appia feruenti ducit in arua rota.
forsitan hic optes, ut iustam supprimat iram
Caesar, et hospitium sit tua uilla meum.
a! nimium est, quod amice petis. moderatius opta
et uoti quaeso contrahe uela tui.
terra uelim propior nullique obnoxia bello
detur. erit nostris pars bona dempta malis.

9. Quae mihi de rapto tua uenit epistula Celso,
protinus est lacrimis umida facta meis.
quodque nefas dictu, fieri nec posse putaui,
inuitis oculis littera lecta tua est.
nec quicquam ad nostras peruenit acerbius aures
ut sumus in Ponto perueniatque precor.
ante meos oculos tamquam praesentis imago
haeret, et extinctum uiuere fingit amor.
saepe refert animus lusus grauitate carentes,
seria cum liquida saepe peracta fide.

62 portaque clausa Fω 63 et tibi B || nascenti'quod A marcenti ψ quod toto nascenti pectore G || toto quod P 64 nor̄ A 65 te quoque F || dempsa P 66 nunc inquit — forium A nunc in quo potius . tempora . rura sorum B || ponas τ 67 umbria F || te reuoc. NG creuocat A || nunc non ψ || potentem B 68 aſpia [ſ *in ras.*] F abpia L || arma (u *supra* m) B ab urbe *ed. aldina* 69 hic Aβψ hoc π || optas (c *supra* a) B optas DLN || iustas — iras ψ || comprimat C finiat τ iustam qui supprimat τ 70 hospicium B || ///uilla, *fuit* nulla F 71 ah BEGP ha CDFL || nimis (nimium *supra*) ε || est *om. pr. Medic.* ψ petes B || moderantius CFGLPω 72 subtrahe G 73 proprior AFε || que *om.* A || obnoscia P 74 erat A || uobis (nostris2 *supra*) F || malis *om.* A

I, 9 Maximo β ad celsum B maximo amico suo E hanc epistolam mittit maximo P 1 nunc uenit β quae m. de celso t. u. c. rapto Lτ 2 ut lacrimis C 3 fiere (i *supra* e) (nec2 *supra* non) non F non Gτ 4 litera B praeueniatque *coni. Bentlei.* 8 in extinct. τ 9 ludos Dψ 10 cum pura C || sepe A saepius ψ || manu (t fide2 *supra*) F manu ψ

nulla tamen subeunt mihi tempora densius illis,
  quae uellem uitae summa fuisse meae,
cum domus ingenti subito mea lapsa ruina
  concidit in domini procubuitque caput.
adfuit ille mihi, cum me pars magna reliquit,
  Maxime! fortunae nec fuit ipse comes.
illum ego non aliter flentem mea uulnera uidi,
  ponendus quam si frater in igne foret.
haesit in amplexu consolatusque iacentem est,
  cumque meis lacrimis miscuit usque suas.
o! quotiens uitae custos inuisus amarae
  continuit promptas in mea fata manus!
o! quotiens dixit, 'placabilis ira deorum est.
  uiue, nec ignosci tu tibi posse nega.'
uox tamen illa fuit celeberrima, 'respice, quantum
  debeat auxilium Maximus esse tibi.
Maximus incumbet, quaque est pietate, rogabit,
  ne sit ad extremum Caesaris ira tenax.
cumque suis fratris uires adhibebit, et omnem,
  quo leuius doleas, experietur opem.'
haec mihi uerba malae minuerunt taedia uitae.
  quae tu ne fuerint Maxime uana caue.

---

11 istis L   12 uellem . suma (. uite) A   13 subito collapsa τ   14 decidit N occidit ψ || capud FP   15 requirit ε[1]   16 non DN non (nec2) F || fortune A || fuit ille DG   17 ego *om.* Cεψ || uulnera βOψ funera ABCDEFGLNPε   18 fuit ψ   19 amplexus LNε || consulatusque P || est *om.* BDGPω iacentem (ē2) F   20 lacrimas L || ille suas CDGψ l' ipse Eτ   21 inuitus D || amare A   22 contin. proprias τ || facta A   23 deorum (ē2) F est *om.* Bτ   24 nec ignoscitur A || tu mihi B cur tibi — negas O || negas Aψ neges L   25 l' creberrima E || quatū A   26 auxilii τ || maximus auxilium debeat G   27 impendet τ || quamquam est G || rogabat B   28 cesaris A   29 mei G sui († suis2) F sui ψ   30 quod (L) leuius dol|||| experiatur A [ut D experiemur E]   31 male — tedia A tempora († tedia2) F   32 quae tunc N quae tibi ψ quae modo *ed. prim.* || caues AO

9, 15 pars me *H*   17 funera *HM*   26 auxilii *H*

huc quoque uenturum mihi se iurare solebat,
  non nisi te longae ius sibi dante uiae.
nam tua non alio coluit penetralia ritu,
  terrarum dominos quam colis ipse deos.
crede mihi, multos habeas cum dignus amicos,
  non fuit e multis quolibet ille minor,
si modo non census nec clarum nomen auorum,
  sed probitas magnos ingeniumque facit.
iure igitur lacrimas Celso libamus adempto,
  cum fugerem, uiuo quas dedit ille mihi:
carmina iure damus raros testantia mores,
  ut tua uenturi nomina, Celse, legant.
hoc est, quod possim Geticis tibi mittere ab aruis,
  hoc solum est, istic quod liquet esse meum.
funera non potui comitare nec ungere corpus,
  aque tuis toto diuidor orbe rogis.
qui potuit, quem tu pro numine uiuus habebas,
  praestitit officium Maximus omne tibi.
ille tibi exequias et magni funus honoris
  fecit et in gelidos uersit amoma sinus,
diluit et lacrimis maerens unguenta profusis,
  ossaque uicina condita texit humo.

---

33 me (i²) F || uolebat ACPψ solebat (✝ uo²) F 34 longe A 36 dominus A || qui colis τ colit B 38 cuilibet A 39 nam modo τ || nec—nec Pψ non—non N || nomine L 40 ingenuosque τ || facis G 41 celso lacrimas Lτ 42 uiuus P || misero quas G || ipse DG 43 ri raros F claros ψ ueros ψ aequos ψ 44 celsa A 45 haec sunt quae ε¹ hoc quoque quod L || possum BDEFGP geticis possum DFNψ || transmittere B || armis C 46 hoc est solum B || istic (illic²) F || licet ABCDEFGLNPβε liquet H 47 nec potui ψ 48 atque A[B]FGLβω adque P aque C eque τ namque DNψ l' atqui l' namque E 49 quod CDEFN quod potui quod tu G || uiuy⁹ F 50 prestitit A perstitit B || ille (omne) B 51 exequas A || l' amoris Eψ 52 gelidas (o) F || uertit ABCDEGOPβω fudit FNε fluxit L uersit *H.* uergit *Gronou.* [*obss. II c. VII p. 262 ed. II. 1662*] || aroma FPεω 54 uicina (ui²) F² (*fuit* uiciua)

---

41 Celso lacrimas *H* 45 possum *H* 47 nec potui *H*

qui quoniam extinctis, quae debet, praestat amicis,
et nos extinctis adnumerare potest.

---

10. Naso suo profugus mittit tibi, Flacce, salutem:
mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.
longus enim curis uitiatum corpus amaris
non patitur uires languor habere suas.
nec dolor ullus adest, nec febribus uror anhelis,
et peragit soliti uena tenoris iter.
os hebes est, positaeque mouent fastidia mensae,
et queror, inuisi cum uenit hora cibi.
quod mare, quod tellus, adpone, quod educat aer,
nil ibi quod nobis esuriatur erit.
nectar et ambrosiam, latices epulasque deorum,
det mihi formosa naua Iuuenta manu:
non tamen exacuet torpens sapor ille palatum,
stabit et in stomacho pondus inerte diu.
haec ego non ausim, cum sint uerissima, cuiuis
scribere, delicias ne mala nostra uocet.
scilicet is status est, ea rerum forma mearum,
deliciis etiam possit ut esse locus.
delicias illi precor has contingere, siquis
ne mihi sit leuior Caesaris ira timet.
is quoque, qui gracili cibus est in corpore, somnus

---

55 que A quod NPψ || praestet ψ || amicos A

I, 10 ad flaccum B flacco Eβ hanc epistolam mittit falco P ad flaccum amicum suum F[2] 1 naso tuus DFGω || flace A fl$\overset{c2}{a}$ce F falce P || tibi mittit τ 2 m||||| rem B 3 uiciatum B uiros P 5 non D || hanelis FL acutis τ per$\overset{a2}{}$////git F 7 positeque—mense A || fastigia B 8 ore cibi B 10 non nobis F || exiuratur P 11 laticesque LN 12 naua ABOβ^1 gnaua Nβ^2 flaua C grata DFGLPε *ex corr.* ω l' graia [ψ] l' grata E prona τ || puella Nψ 13 n̄ tamen G nec tamen Nτ 14 inerte meo G || situ ε^1 || quamuis D || sit A 15 cuiuos A cuius B cuiuis O cuiuis F (i *a man. 2 in ras.*) cuíquam GN 16 delitias (*itid. u. 18. 19*) A || putet τ uocent τ *ed. pr.* 17 hic CFGN *Medic. pr.* || rerum fortuna mearum τ 18 posset L quod queat τ 19 pr. has illi ε 20 uelit τ uolet τ 21 qui *om.* B

---

16 uocent *H*

non alit officio corpus inane suo.
sed uigilo, uigilantque mei sine fine dolores,
quorum materiam dat locus ipse mihi.
uix igitur possis uisos agnoscere uultus,
quoque ierit quaeras qui fuit ante color.
paruus in exiles sucus mihi peruenit artus,
membraque sunt cera pallidiora noua.
non haec inmodico contraxi damna Lyaeo:
scis, mihi quam solae paene bibantur aquae.
non epulis oneror: quarum si tangar amore,
est tamen in Geticis copia nulla locis.
nec uires adimit ueneris damnosa uoluptas:
non solet in maestos illa uenire toros.
unda locusque nocent et causa ualentior istis,
anxietas animi, quae mihi semper adest.
hanc nisi tu pariter simili cum fratre leuares,
uix mens tristitiae nostra tulisset onus.
uos estis fracto tellus non dura phaselo:
quamque negant multi, uos mihi fertis opem.
ferte, precor, semper, quia semper egebimus illa,
Caesaris offensum dum mihi numen erit.
qui meritam nobis minuat, non finiat iram,
suppliciter uestros quisque rogate deos.

---

22 ut ante suo *coni. Bentleius* 23 mei sensusque dolores D labores Cτ 24 dant B 25 uyx L || posses CN possis igitur E uisos possis ψ || cognoscere P 26 quoquierit queras A querens B 27 permanet CEG peruenit (†permanet) F 28 menbraque P 29 liaeo A dampna lieo B 30 sis L || cum solae β dure (sole[2]) F sole pene — aq̃; A || quod — bibuntur DLN 32 ieticis P 33 non (†nec[2]) F || dampnosa libido F 34 nec G || in mestos A in mestos in mestos B 35 illis B *Medic. pr.* || caussaque nocentior istis P omni ψ 36 anxietasque P ansietas F || inest DF || nocent continuusque labor NE *pr. u. l.* 37 haec AβEFGPεω || nec me N 38 mihi D || tristicie B || maesta tulisset F 39 fracte tellus DEFNP tellus fracte L testis fractae C fractis G fragili τ 40 quodque F quoque τ 41 semper quod C semper q; (quia[2], q[2]) [q; *in ras.*] F 43 qui (ſ[2]) F || minuat nobis meritam C 44 uestrum τ

---

39 ſragili *H*

LIBER SECVNDVS.

1. Huc quoque Caesarei peruenit fama triumphi,
languida quo fessi uix uenit aura Noti.
nil fore dulce mihi Scythica regione putaui:
iam minus hic odio est, quam fuit ante, locus.
tandem aliquid pulsa curarum nube serenum
uidi, fortunae uerba dedique meae.
nolit ut ulla mihi contingere gaudia Caesar,
uelle potest cuiuis haec tamen una dari.
di quoque, ut a cunctis hilari pietate colantur,
tristitiam poni per sua festa iubent.
denique, quod certus furor est audere fateri,
hac ego laetitia, si uetet ipse, fruar.
Iuppiter utilibus quotiens iuuat imbribus agros,
mixta tenax segeti crescere lappa solet.
nos quoque frugiferum sentimus inutilis herba
numen, et inuita saepe iuuamur ope.
gaudia Caesareae mentis pro parte uirili
sunt mea: priuati nil habet illa domus.
gratia, fama, tibi! per quam spectata triumphi
incluso mediis est mihi pompa Getis.

Explicit liber primus incipit secundus P

II, 1 De triumfo [triumpho *pr. Medic.*] cesaris B *pr. Medic.* triumphus caesaris β graecino E

1 nuc (h2 above) F huc mihi τ 2 nothi AB 3 nil mihi dulce fore L || scitica B 4 hic minus F || minus est odio G || est *om.* ψ || locis A 5 aliquod N 6 fortune A || mei G 7 ut illa ABCDLN illa l' ulla E ut ulla [t *et* u *in ras.*] F ut ulla P [βε?] noluit illa G 8 potes cuius h. t. una .ri (.da above) A cui uis P || arma D 9 dii tamen F || a nobis D a *om.* F 10 tristiciam B 11 quo A quod. *om.* P || audire A 12 leticia B laetitie τ || si uelit A uetat CE uetat (uetet above) ε 13 iuuat ignib; os A rigat DLP iuuat l' rigat E iuuat (rigat above) F || arua L (*a. a. I, 647*) 14 surgere τ || lapa F 15 frugifero s. i. herbe A herbe B fructiferum Lτ 16 nomen AB || inuicta F 17 claudia cessare mentis pro patre A properare mihi? G 18 non habet G || ista GLψ || damus (o2 above) β 19 famati per B

indice te didici, nuper uisenda coisse
  innumeras gentes ad ducis ora sui:
quaeque capit uastis inmensum moenibus orbem,
  hospitiis Romam uix habuisse locum.
tu mihi narrasti, cum multis lucibus ante
  fuderit adsiduas nubilus auster aquas,
numine caelesti solem fulsisse serenum,
  cum populi uultu conueniente die,
atque ita uictorem cum magnae uocis honore
  bellica laudatis dona dedisse uiris,
claraque sumpturum pictas insignia uestes
  tura prius sanctis inposuisse focis,
iustitiamque sui caste placasse parentis
  illo quae templum pectore semper habet.
quaque ierit, felix adiectum plausibus omen,
  saxaque roratis erubuisse rosis.
protinus argento uersos imitantia muros
  barbara cum pictis oppida lata uiris,
fluminaque et montes et in altis proelia siluis
  armaque cum telis in strue mixta sua.
deque tropaeorum quod sol incenderit auro

---

22 adducis B sub d. F 23 quaeque capti A || latis β || uiribus orbem G 24 hospiciis B hospitii Dψ hospitibus ψ || non habuisse ψ 25 narasti [a *prius in ras. fuit* mirasti] F || flatibus Dτ 26 funderet ψ || nubibus LNψ 27 lumine ψ || fulsise A luxisse Cψ 28 uultu [u *tertius*
                    † dona2
in ras.] F 29 adque P || magne A magno Pτ 30 dampna F 31 pictas B 32 rogis D 33 *sic* AO *nisi quod* castae A iusticiaque [iusticiamque β]
          castos2
sui castos [claros C caros L sanctos F] BCDEFGLNPβ *ex corr.* ε || placcasse F || parentis A parentes π 34 illo quo Aβ illō q̊; [; *in ras.*] F quo CDEGNPL quae *coni. H.* 35 quaq; terit A quoque BF quaque gerit G || adiunctos DE adiunctum ετ 36 iactatis Nψ *Weise* 37 ueros FGP[ε] *Burmann.* 38 uictis BβCDEFGLP uinctis τ || opida FL 39 in montes G et fontes τ || proflua AβBDEFGLω perflua CP proelia *coni. M.* pascua Oψ in latis pascua syluis N 40 maxta A || suis FLβ² 41 dequi tropa eorum quod incenderet A tropheorum Bβ topheorum P triumphorum ε *ed. pr.* triumphato τ || incenderet βBCLψ incenderat DEGNPε incenderit (a *above* i) F incenderit *H.*

---

27 lumine *H* 29 magno *H* 39 pascua *H* 40 suis II
41 triumphato *H*

aurea Romani tecta fuisse fori.
totque tulisse duces captiuis addita collis
uincula, paene hostis quot satis esse fuit.
maxima pars horum uitam ueniamque tulerunt,
in quibus et belli summa caputque Bato.
cur ego posse negem minui mihi numinis iram,
cum uideam mitis hostibus esse deos?
pertulit hic idem nobis, Germanice, rumor,
oppida sub titulo nominis isse tui,
atque ea te contra nec muri mole nec armis
nec satis ingenio tuta fuisse loci.
di tibi dent annos! a te nam cetera sumes,
sint modo uirtuti tempora longa tuae.
quod precor, eueniet — sunt quiddam oracula uatum —
nam deus optanti prospera signa dedit.
te quoque uictorem Tarpeias scandere in arces
laeta coronatis Roma uidebit equis,
maturosque pater nati spectabit honores,
gaudia percipiens, quae dedit ipse suis.
iam nunc haec a me, iuuenum belloque togaque
maxime, dicta tibi uaticinante nota.
hunc quoque carminibus referam fortasse triumphum,
sufficiet nostris si modo uita malis,
inbuero Scythicas si non prius ipse sagittas,

---

42 testa fuisse A 43 tulisse q̄oſ (ī) duces B || captiuos ABCGLNPβεω captiuis *e cod. Nauger.* || colles [e *in ras.*] P 44 pane—quod A uincta pene B || hostis A hostes π 45 pars hominum L || ueniam uitamque ε *ed. pr.* || tulere β^1P 46 bato AO caputque fuit BCDEFGLNPεβ *ex corr.* 47 quoque D || ego non sperem N || caesaris DFGNL principis (*fuit* numinis) P^2ψ 48 mitis A mites π imites F 49 rettulit β protulit Gψ || huc DLψ ḥoc (1 2) F || nobis idem τ 50 oppidi F || esse tui ACDEGβεLN isse FPω eẽ tui B 51 adque P || ea nec c. nec L tecọ̃ ṇ (c) F || contra nro B || non muri N 52 ex positu DF *in marg. ab m. 2* 53 dii B || 54 uirtutis τ 55 ad precor rueniet B eueniat DF euenient ψ eueniant ψ || quaedam ABCDENFGLPβε quiddam *Heumann.* sunt longa pericula D 56 oranti ε 57 turres Dψ 59 naturosque A maturusque ε 60 ante (ante) βD ipse F usque Gψ 62 maxima A || puta GψE *pr. u. l.* ///puta (†nota²) F 63 tunc AB nunc β hunc ego N 64 sufficiat (e) F sufficiat· P 65 in puero sciticas B

abstuleritque ferox hoc caput ense Getes.
quae si me saluo dabitur tua laurea templis,
omina bis dices uera fuisse mea.

---

2. Ille domus uestrae primis uenerator ab annis,
pulsus ad Euxini Naso sinistra freti,
mittit ab indomitis hanc, Messalline, salutem
quam solitus praesens est tibi ferre Getis.
o mihi! quid lecto uultus tibi nomine non est
qui fuit, et dubitas cetera perlegere?
perlege, nec mecum pariter mea uerba relega:
urbe licet uestra uersibus esse meis.
non ego concepi, si Pelion Ossa tulisset,
clara mea tangi sidera posse manu,
nec nos Enceladi dementia castra secuti
in rerum dominos mouimus arma deos.
nec, quod Tydidae temeraria dextera fecit,
numina sunt telis ulla petita meis.
est mea culpa grauis, sed quae me perdere solum
ausa sit et nullum maius adorta nefas.
nil nisi non sapiens possum timidusque uocari:
haec duo sunt animi nomina uera mei.

---

66 capud FP 67 quae Aβ quod π salua A || tua *om.* A m̃ŭ tua F mea τ tibi CDω || gloria D 68 carmina Dψ omnia ψ

II, 2 MESSALINO Aβ Ad Messalinum B messalino amico suo E hanc epistolam mittit messallino P

1 nostre L 2 missus τ || eximii FP extremi ε[1] euxini — sui τ· ad euxini (*corr.* un) β *ex corr.* 3 messaline A 4 praesens solitus F 5 o mihi si lecto ulljus (un) tibi nom̃ ñ. ē. A ei (o) mihi si B oe mihi ~~quid~~ (si) l. illius β (*rec. man. in marg. adscr.*: uultus) hei mihi si loc [oc *in ras.*] lecto non est tibi nomine uultus F hei mihi si ELP heu CDG 6 et dura caetera mente legis D omnia perlegere G 7 perlego A || relegi B releges P 8 uestram A nostra ψ 9 non ego concepisti pelli on ossa A 10 posse tulisse manu D 12 terrarum dominos G || nouimus A 13 tydido A tytide B 15 est mihi τ 16 adorsa CDEGLNP adorsa (↑ adepta) F || *Post hunc uersum in* N *haec fuerunt*: neue roges quae sit stultam quam scripsimus artem | innocuas nobis non sinit esse manus [*cf. II, 9, 73. 74*] 17 possim β 18 duõſ animi A || nota mei L

---

67 quod si *H* 2, 5 hei mihi *H* ei mihi *M*

esse quidem fateor meritam post Caesaris iram
  difficilem precibus te quoque iure meis:
quaeque tua est pietas in totum nomen Iuli,
  te laedi, cum quis laeditur inde putas.
sed licet arma feras et uulnera saeua mineris,
  non tamen efficies, ut timeare mihi.
puppis Achaemeniden Graium Troiana recepit,
  profuit et Myso Pelias hasta duci.
confugit interdum templi uiolator ad aram,
  nec petere offensi numinis horret opem.
dixerit hoc aliquis tutum non esse: fatemur:
  sed non per placidas it mea puppis aquas.
tuta petant alii, fortuna miserrima tuta est:
  nam timor euentus deterioris abest.
accipitrem metuens pennis trepidantibus ales
  audet ad humanos fessa uenire sinus,
nec se uicino dubitat conmittere tecto,
  quae fugit infestos territa cerua canes.

---

19 iudicis τ 20 (quoque) ///// F 21 quae tuă∫ A quaeque que (quanta est) tua est F 22 teledi — leditur A || ipse putas CGLεω 23 funerà τ seuá A || minaris L 24 non ō tamen F et tamen G || efficias β *ex corr.* G 25 achemeniden A achimeniden CDEFGL 26 miso B misso Pε misero G || telepho FNω thelepho L telapho ψ || templi temerator τ 29 haec Dψ || fatebor L putemus (fatemur[2]) F 30 it modo G || puppis Aβ?ψ nauis π 31 petunt CFψ || tuta, *rec. man. adscr.* nostra β nostra est Cψ uestra est F 32 cum D || timereuentu A euentu β || *post hunc uersum in β rec. manus adscripsit*: qui rapitur fatis quid praeter fata requirat | saepe creat molles aspera spina rosas. *haec autem habet* A: Qui rapitur | porrigit spinas dura quae saxa. *unde in ceteris codicibus haec fere ficta sunt*: qui rapitur fatis quid [nil] praeter fata requirit [requirat τ reperiet τ] | saepe creat molles aspera spina rosas BCDFL qui r. f. q. pr. f. r. | porrigit ad spinas duraque saxa manus E qui r. f. q. pr. f. r. | saepe creat m. asp. sp. rosas | qui rapitur spumante salo sua brachia campi N qui r. f. q. pr. f. r. | s. cr. m. asp. sp. rosas | qui rapitur spumante salo [freto ε] sua brachia tendens | Porrigit ad spinas duraque saxa manus Pε *ed. pr. cf. mus. rhen. XXII p. 207 sq.* 33 accipitremque [ancipitremque [n *in ras.*] P] timens AβBCDEGLNPε ancipitrem metuens P accipitrem metuens *Ciofanus* || pennas (i) β || anas B 36 cum fugit D || infestas ψ infesto A

Post u. 32 qui rapitur spumante salo, sua brachia cauti | porrigit, et spinas duraque saxa capit *M* 36 infestas *H*

da, precor, accessum lacrimis, mitissime, nostris,
nec rigidam timidis uocibus obde forem:
uerbaque nostra fauens Romana ad numina perfer,
non tibi Tarpeio culta Tonante minus,
mandatique mei legatus suscipe causam,
nulla meo quamuis nomine causa bona est.
iam prope depositus, certe iam frigidus aeger
seruatus per te, si modo seruor, ero.
nunc tua pro lassis nitatur gratia rebus,
principis aeterni quam tibi praestat amor.
nunc tibi et eloquii nitor ille domesticus adsit,
quo poteras trepidis utilis esse reis.
uiuit enim in uobis facundi lingua parentis,
et res heredem repperit illa suum.
hanc ego non ut me defendere temptet adoro:
— non est confessi causa tuenda rei —
num tamen excuses erroris origine factum,
an nihil expediat tale mouere uide.
uulneris id genus est, quod cum sanabile non sit
non contrectari tutius esse puto.

---

† rigidam
37 iustissime L 38 nec totidem F timidis rigidam E || obde seram precibus Lψ (*a. a. II, 636*) adde forem D ||
ob claude
ade F 39 fouens CGELNεω || profer C
o
pfer B || ad limina τ lumina ε 40
c
no tibi F || thonante B 41 causas C 42 meo est quamuis F || caussa
† iam
ǭ bona est} F 43 eger sum B || nam F 44 seruar B seruer DGLN
† ni
45 lassis Aβ lapsis BCDEFGLNP pro rebus — lassis O || mittatur F 46 prestat A praestet CDNε 47 eloqui L eloquio τ
† facundie
eloquii F || nitori ille A furor ille B gloria E 48 poteris D || trep . . . s P || ille *man. 2 addidit* L || assit B 49 facondia [a *alterum in ras.*] F 50
e
ripperit B 52 mei C 53 nunc tamen βBP non tamen N ne tamen ε sed tamen G ||
† imagine
origine F imagine β²CDEGLNω 54 nichil B || monere CDN muere A || urae P 55 uulneris A || hoc genus ετ || non est DG 56 contractari ε hoc non tractari EGP || putat D putem τ

---

45 lapsis *H* 53 imagine *H* 56 putem *H*

lingua, sile. non est ultra narrabile quicquam:
posse uelim cineres obruere ipse meos.
sic igitur, quasi me nullus deceperit error,
uerba face, ut uita quam dedit ipse fruar.
cumque serenus erit uultusque remiserit illos,
qui secum terras inperiumque mouent:
exiguam ne me praedam sinat esse Getarum,
detque solum miserae mite, precare, fugae.
tempus adest aptum precibus. ualet ille uidetque
quas fecit uires, Roma, ualere tuas.
incolumi coniunx sua puluinaria seruat,
promouet Ausonium filius inperium.
praeterit ipse suos animo Germanicus annos,
nec uigor est Drusi nobilitate minor.
adde nurus neptesque pias natosque nepotum
ceteraque Augustae membra ualere domus.
adde triumphatos modo Paeonas, adde quieti
subdita montanae bracchia Dalmatiae.
nec dedignata est abiectis Illyris armis
Caesareum famulo uertice ferre pedem.
ipse super currum placido spectabilis ore

57. 58 '*distichon nonnihil suspectum*' *H.* 57 non est de me β || miserabile ε 59 decoeperit A ceperit L 60 fac AβBNP || quam f^{u} dedit F || ille β 62 inperiumque B 63 exiguum *coni. Burmann.* || nemo^{e} A || ietarum P 64 misere—fuge A || mítte [m *ex parte in ras.*] F 65 precibus aptum DFL precibus^{aptum} B || ualet illa Aβ u. ille CDEGPNε ipse BFψ 66 qua A || roma ut ualere B || suas FGβ suas^{tuas} [s *prius in ras.*] P suas ε 67 incolomi AB incolumi β incolumis CDEFGLNP 68 ausonii B || inperium B 69 ille τ || iermanicus P 70 non N || drusii P druso *coni. H.* 71 nurum neptemque A nurum βCGψ nurum^{r2} F (*fuit* miru) neptumque β || natosque nepotes Fψ natasque nepotum τ natosque nepotis τ 72 auguste—dım^{9} A || ualere simul D || turba *in marg.*: membra P 73 penas A penos βεBCDELPϖ poenos GN penos^{populos} F || quietis AB quieto C quiriti *uel* Pinneti *coni. H.* quieti reddita *coni. Burmann.* 74 montano L montane A || dalmaticae AG 75 non ε || abieti . . . B || illiris A illaris B || dedigna P (*rec. man. addidit*: ta) 76 famulum ε *ex corr.* 77 ille ψ || curru Nβ *ex corr.*

65 ipse *HM* 67 incolumis *HM*

tempora Phoebea uirgine nexa tulit.
quem pia uobiscum proles comitauit euntem,
digna parente suo nominibusque datis,
fratribus adsimilis, quos proxima templa tenentis
diuus ab excelsa Iulius aede uidet.
his Messallinus, quibus omnia cedere debent,
primum laetitiae non negat esse locum.
quicquid ab his superest, uenit in certamen amoris:
hac hominum nulli parte secundus erit.
nec colet ante diem quam qua decreta merenti
uenit honoratis laurea digna comis.
felices, quibus o! licuit spectare triumphos
et ducis ore deos aequiperante frui.
at mihi Sauromatae pro Caesaris ore uidendi
terraque pacis inops undaque iuncta gelu.
si tamen haec audis et uox mea peruenit istac,
sit tua mutando gratia blanda loco.
hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab aeuo

---

78 timpora phebea B timpora L phoebeia P 79 prolis A || comitatur GP || ouantem *coni. H.* 80 sua (o2) F sua C 81 adsimiles β; *ex coni. H. et Bentlei.* assimilis B || tenentis A tenent β *ex corr.* tuentes D colentes F tenentes π 82 diuis A l' summus Eψ || arce Lψ || *ceterum uu. 81. 82 ante u. 79 ponendi uidentur* 83 messalinus A || credere B 84 letitiae A leticie — negat ille B laetitiae primum Fψ 85 quisquis G || certamina nostri C certamen honori ψ 86 eris CDψ erit [t *in ras.*] P erit (✝ eris) F 87 hanc (prolem) F hanc *in marg.*: luuā' P hanc *ceteri* || colet ABβ colit CDEGLNε colis Pψ colit (✝ colis) F || quāq; decr&a A quaqua decreta parenti B quamquam CDEGLNω qua quam β quaquam P (*in marg.*: filio imperatoris) per quam discreta F hanc colet a. d. quam qua *H.* qui *uel* quam colat a. d. quicum *uel* hanc colet usque *auct. elect. eton.* hanc colis atque fidem *Burmann.* hanc colet a. d. quaquondam M nec [*cf. lectt. cod. A ad I, 1, 19*] colet ante diem quam qua *scripsi* 88 et ornatis (✝ honoratis) ƀ laurea F adoratis τ 89 quibus hos CDEFGLNPε || triumphas P 90 caesaris ope β || aequiparante CDEG || 91 sauromate pro cesseris ore A caesaris ope β 92 uincta CDEFGNPβL 93 hoc EF || si uox B || istae A istuc βBCEL istic N illuc DGψ iltuc (2) F istac M [*cf. Terent. heaut. III, 3, 27*] 94 sit mea D || mutato O || loco [l *in ras.*] F solo τ 95 tuus ille pater τ || euo A

---

87 hunc colis ante diem per quem *H* hanc colet ante diem qua quondam rite *M* 89 hos licuit *H* 92 uincta *H* 93 istuc *H*

si quid habet sensus umbra diserta petit.
hoc petit et frater, quamuis fortasse ueretur,
seruandi noceat ne tibi cura mei.
tota domus rogat hoc: nec tu potes ipse negare,
et nos in turbae parte fuisse tuae.
ingenii certe, quo nos male sensimus usos,
artibus exceptis, saepe probator eras.
nec mea, si tantum peccata nouissima demas,
esse potest domui uita pudenda tuae.
sic igitur uestrae uigeant penetralia gentis,
curaque sit superis Caesaribusque tui:
mite, sed iratum merito mihi, numen adora,
eximar ut Scythici de feritate loci.
difficile est, fateor: sed tendit in ardua uirtus,
et talis meriti gratia maior erit.
nec tamen Aetnaeus uasto Polyphemus in antro
accipiet uoces Antiphatesue tuas:
sed placidus facilisque parens ueniaeque paratus,
et qui fulmineo saepe sine igne tonat,
qui cum triste aliquid statuit, fit tristis et ipse,
cuique fere poenam sumere poena sua est.
uicta tamen uitio est huius clementia nostro,

---

96 pl̇d [1] F || deserta A 98 sibi L || † causa Eτ || *sequentia hoc ordine in B: 98. 99. 104. 107. 102. 103.. 108—110. 105. 106. 111; uersus qui omissi fuerunt in margine adscripti.* 99 petit τ || haec ψ || n&u putes A 100 non ınτ²be—tue A 101 ingemi A || queis nos G quis P quos l' quis τ || usus Aβ 102 sepe AB 103 nec mihi τ || tollas ψ || si demas peccata nouissima tantum L 104 tue B 105 uiuant τ || uigeat A uigeant uestre FLτ 106 cesarıſq; (bs) A || tuis DN tuis [s *in ras.*] F 107 mitte BF || adoro B 108 eximar DEFβ eximat ABCGLNP exuar ψ || sitici P scitici B || deferitate A de feritate CDEFGPLNβε me feritate B 109 difficile hoc τ || l' sed uirtus tendit in altum E 110 meritis A merito ετ 111 nec tam̃ a&heus A ethneus LP ehtneus B etheneus F || poliphemus B || anrtn [r *in ras.*] F 112 ancipiet F || antiphatisque DE antophatesue F 113 placidajs—uenieque A ueniaque β placidus uenieque pater facilisque B sed facilis placidusque N patriaeque parens τ 114 sed qui τ || sepe A || fulmine—thonat B fulmineo β *ex corr.* fuluineo F 115 sit D 116 fuit D 117 uicio B || uestra A

---

108 eximàt *HM* me feritate *HM*

uenit et ad uires ira coacta suas.
qui quoniam patria toto sumus orbe remoti,
nec licet ante ipsos procubuisse deos,
quos colis, ad superos haec fer mandata sacerdos:
adde sed et proprias ad mea uerba preces.
sic tamen haec tempta, si non nocitura putabis.
ignosces, timeo naufragus omne fretum.

---

3. Maxime, qui claris nomen uirtutibus aequas,
nec sinis ingenium nobilitate premi,
culte mihi — quid enim status hic a funere differt? —
supremum uitae tempus adusque meae:
rem facis, adflictum non auersatus amicum,
qua non est aeuo rarior ulla tuo.
turpe quidam dictu, sed — si modo uera fatemur —
uulgus amicitias utilitate probat.
cura quid expediat prius est quam quid sit honestum
et cum fortuna statque caditque fides.
nec facile inuenias multis in milibus unum,
uirtutem pretium qui putet esse sui.
ipse decor, recte facti si praemia desint,
non mouet, et gratis paenitet esse probum.

---

118 aures ε 119 patrie B patria ac CLψ a patria P 120 non F || proc. pedes Lψ 121 perfer G confer τ fermandata sāc· A 122 l' in mea Eτ ad mea uota Nτ 124 ignoscas CDEFGLNεP

II, 3 MAXIMO Aβ Maximo ~~amico suo~~ B Maximo amico suo E hanc epistolam mittit maximo P 1 ca clarum u (sup. u) uirtutibus F n (sup. n) uirtutibus L || imples DGNO 2 praemi A 3 quid . . . status ſt a P || distat ψ 5 aduersatus ABCDEFGLPε non inficiatus τ 6 ///q a2 F || meo DOψ meo, *in marg.* tuo ε 7 dictu est β || si non τ 8 amicias ut đitate B nobilitate τ 9 l' prior E prior P pus (sup. 1 an) F || quicquid sit B quamquam sit D || honeste D 11 ne facile A || invenies CDEFGLNPε || in multis FG multis ex Dτ multis e Eτ 12 precium B pretii — sui ψ || suum DL 13 decor decorrecte — desine A recti π facti recti D 14 non τ (sup. um) gratis F || penitet A || esse pium L l' pium Eψ penitet ipse (sup. quemlibet esse2) probum F

---

122 in mea *H* 3, 11 e millibus *H* 13 recti *H*

nec nisi quod prodest carum est, et detrahe menti
  spem fructus auidae, nemo petendus erit.
at reditus iam quisque suos amat, et sibi quid sit
  utile sollicitis supputat articulis.
illud amicitiae quondam uenerabile numen
  prostat et in quaestu pro meretrice sedet.
quo magis admiror non, ut torrentibus undis,
  communis uitii te quoque labe trahi.
diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est:
  quae, simul intonuit, proxima quaeque fugat.
en ego, non paucis quondam munitus amicis,
  dum flauit uelis aura secunda meis,
ut fera nimboso tumuerunt aequora uento,
  in mediis lacera naue relinquor aquis.
cumque alii nolint etiam me nosse uideri,
  uix duo proiecto tresue tulistis opem.
quorum tu princeps. neque enim comes esse, sed auctor,
  nec petere exemplum, sed dare dignus eras.
te, nihil ex acto, nisi non peccasse petentem,

---

15 et 16 *deleuit Bentleius.* 15 et nisi ABC et l' nil E nil nisi DFGLNP nec nisi *M.* || quo prosit *coni H.* qua prodest *coni. auct. elect. Eton.* || curae est τ || et detrahe AL ñ detrahe B nam d. P en CDFNGε l' en E nil *pr. Medic.* ψ sed β an τ tu τ i detrahe *coni. H.* 16 auide A 17 ad reditus AB ut red. τ redditus P || sed iam quisque suos reditus amat L 18 supputet L computat CDEGNPε || sollicitus computat articulus L suppetit [supliciter petit2] F supplicat τ 19 amicie B || quoddam A || nomen BCDEFGNPε 20 prestat et in questu A 21 ammiror L || cum torrentibus τ 22 uicii B || frui β 23 nemo si cui A || fortune [a] F 24 proximaq; fugat A prospera quoque ψ || fugit ε[1] fugat ε *corr.* 25 en ego cum B || comitatus ψ 26 flauit uentis τ 27 nubifero ψ || sonuerunt τ tonuerunt τ || aequora morbo τ aeq. notho τ 28 puppe ψ 29 nolunt AL τ̃ [nolint] me F nolu̇nt P || fateri CEFGLN fateri [uideri] ε 31 princex F || nec enim CDEGN[βε]ω || actor LN 32 petere auxilium BFψ || dign[92] eras A eris B erat P[1] eras P *corr.* 33 nichil B || exacto nisi nos [me DLψ ṇọṣ [me2] F] peccasse fatentem ABCDEFGLNPε exacto [u] nisi nos [me2] pecc. fatemur [fatentem2] β te nihil ex acto n. te fecisse petentem *Tan. Faber.* et nihil e

---

15 nil nisi *H* i detrahe *H* 21 demiror *H* 28 puppe *H* 31 nec *H* 33 exacto — fatentem *H*

sponte sua probitas officiumque iuuat.
iudice te mercede caret per seque petenda est
externis uirtus incomitata bonis.
turpe putas abigi, quia sit miserandus, amicum,
quodque sit infelix, desinere esse tuum.
mitius est lasso digitum supponere mento,
mergere quam liquidis ora natantis aquis.
cerne, quid Aeacides post mortem praestet amico:
instar et hanc uitam mortis habere puta.
Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad undas:
a Stygia quantum sors mea distat aqua?
adfuit insano iuuenis Phoceus Orestae:
et mea non minimum culpa furoris habet.
tu quoque magnorum laudes admitte uirorum,
ut facis, et lapso quam potes adfer opem.
si bene te noui, si qui prius esse solebas,
nunc quoque es, atque animi non cecidere tui,
quo fortuna magis saeuit, magis ipse resistis,
utque decet, ne te uicerit illa caues,
et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hostis:

---

facto n. t. fecisse petentem N te nihil ex acto l' e facto nisi non peccasse petentem l' ferentem *auct. elect. Eton. Burm. Verpoorten.* ex facto nisi si fecisse ferentem *coni. Bentleius.* te nihil errando nisi nos pecc. fatentem. *Heumann.* [*par. crit. p. 117*] 34 iuuant ψ 35 Tuduce te A || l' pro seque E || est *om.* ψ 37 abigi β *et coni. H.* || quod N || sic[2] F || amicos C 39 lapso LNPεψ || digitos τ || lamento F 40 q̃alicis ora B || a aquis F 41 circe quid eacides p⁹ mortē A || quaere EG || eachides L || post funera τ || praestat DGL praestas C 42 habenda τ 43 pirythoum A perythoum B || stigias B stigias theseus Cψ || comitarat τ comitatur ψ || ad undis B ad umbras Fψ 44 ah stýgia A a stigia B a stigiis—aquis CDEGω || mors ABCDEFGLNPβε sors *coni. H.* 45 at fuit—phoeus A affuit—foceus BP || oresti CDEFGLN horesti ε 46 at τ et mea ñ mira meũ A 47 deorum ELNω 48 ut facias AB utque facis CDEGN ut facis et βOFψ ut facis P || lasso af quam B l' lasso E lasso O || 49 si quid (B) pius A si quod Pψ si qui βCDEFGLN [*cf. lectt. A I, 9, 24. 32. cll. met. VIII, 881*] 50 atque *om.* ε 51 seuit A || resistes AβB resifts (*o ad t adhaerescente*) F 52 te ne P cauet P 53 et bene tu pugnes Bψ et bene uti [i *in ras.*] F bene ita G ut bene tu ψ et bene quod ψ pugnas P || hostes β

---

34 iuuant *H* 37 abici *M* 44 stygiis — aquis *H* 48 utque facis *HM* 49 si quod *HM*

sic eadem prodest causa nocetque mihi.
scilicet indignum, iuuenis rarissime, ducis
te fieri comitem stantis in orbe deae.
firmus es, et quoniam non sunt ea qualia uelles,
uela regis quassae qualiacumque ratis.
quaeque ita concussa est, ut iam casura putetur,
restat adhuc umeris fulta ruina tuis.
ira quidem primo fuerat tua iusta, nec ipso
lenior, offensus qui mihi iure fuit.
quique dolor pectus tetigisset Caesaris alti,
illum iurabas protinus esse tuum.
ut tamen audita est nostrae tibi cladis origo,
diceris erratis ingemuisse meis.
tum tua me primum solari littera coepit
et laesum flecti spem dare posse deum.
mouit amicitiae tum te constantia longae,
ante tuos ortus quae mihi coepta fuit,
et quod eras aliis factus, mihi natus amicus,
quodque tibi in cunis oscula prima dedi.
quod cum uestra domus teneris mihi semper ab annis
culta sit, esse uetus me tibi cogit onus.
me tuus ille pater, Latiae facundia linguae,

---

54 causa prodest L prodent B 55 iuuenis carissime ABCEG iuuenis karissime βFLP iuuenum carissime DNεψ iuuenum clarissime τ rarissime *edd. uett.* || dicis E *pr. u. l.* FLPεψ 56 comitem fieri N || ede (orbe ı ī rota) F urbe *in marg.*: orbe ε 57 & qm̄ n̄ ſū ea A et quamquam *coni. Bentleius* || haec CEF || sunt haec non τ 58 quasse A 59 non casura P cassura F 60 ad . . . P || umeris A humeris π || fissa[1] D[1] || carina CDEGLNε 61 tibi G 62 offesus F 63 tetigiſt (sset) F renuisset τ cecidisset τ 64 saepius esse tuum ψ 65 imago N 66 *in marg.*: hoc erraẜ P || ingem. malis (e) Lτ indoluisse ψ 67 tum mea me B cum τ tunc CDFPL mea (tua) F || cepit B 68 lesum A flecti laesum ε 69 amicitia A amicie B || tunc DFNP tam G || longe A 70 tuos oculos G || cepta B 71 natus mihi factus N factus aliis EL || amicis τ 72 mihi in A || oscula multa Fτ 73 quidquod l' quodque domus uestra E et quod ψ nunc D quid com (ꝉ cur2) F 74 nunc tibi cogor EFG n. t. cogit N 75 latie fecundia A lacie B

quae non inferior nobilitate fuit,
primus, ut auderem conmittere carmina famae
inpulit: ingenii dux fuit ille mei.
nec, quo sit primum nobis a tempore cultus,
contendo fratrem posse referre tuum.
te tamen ante omnis ita sum conplexus, ut unus
quolibet in casu gratia nostra fores.
ultima me tecum uidit maestisque cadentes
excepit lacrimas Aethalis Ilua genis:
cum tibi quaerenti, num uerus nuntius esset,
attulerat culpae quem mala fama meae,
inter confessum dubie dubieque negantem
haerebam, pauidas dante timore notas,
exemploque niuis, quam mollit aquaticus auster,
gutta per attonitas ibat oborta genas.
haec igitur referens et quod mea crimina primi
erroris uenia posse latere uides,
respicis antiquum lassis in rebus amicum,
fomentisque iuuas uulnera nostra tuis.

---

76 que A qui CDFGLε qua ψ *auct. elect. Eton.* 77 fame A 78 inpulit ille mei dux fuit ille (ingenii) mei (*ultima duo uerba lineola inducti*) B || compulit N || ingeniis—meis C *pr. Medic.* ε 79 $\int$i (S2) p//// (m2) F quia ψ quod sit primo CDEGP primo Lε primū nehis a temporæ cultis A 81 tu tamen G || omnis A omnes π alios P || una βBEGNPε un[92] L una (.i. 9mumf2) F 82 quod libet A || gloria E || foret βFGNPψ 93 mestisq; A mestioq; (s) F 84 acithali silua Aβ^1 (*Harlesio iudice*) ithali silua O itala silua B ytalis ora GL italis ora CDEFβ^2 ytalis hora P aethala silua τ italis ora τ Aethalis Ilua *coni. Rutgersius* 85 querenti numerus A || si Dψ non EF an L noci[9] (numus) F nuncius B 86 attulerant G attulerit τ || quā mala A fame q mala (culpae a que) F attulerat famae culpae L 87 dubie *om.* A medius dubieque CDEGL (*in ras.*) NPβ *ex corr.* medie F || mentis τ || pauentem C 88 urgebar τ || tacitas L || dant& ımor& notas A 89 nauis ε^2 || soluit τ || aqtic[9] (u) aufer A 90 ohorta A aborta CPF$\varepsilon\omega$ 91 hoc D || ı (nū) [*in ras.*] quid F | carmina ABPε^1 92 ueniam tenere P || putas BGOψ 93 lapsis DLN rebus in lassis F 94 pectora ψ

pro quibus optandi si nobis copia fiat,
tam bene promerito commoda mille precor.
sed si sola mihi dentur tua uota, precabor,
ut tibi sit saluo Caesare salua parens.
haec ego, cum faceres altaria pinguia ture,
te solitum memini prima rogare deos.

---

4. Accipe conloquium gelido Nasonis ab Histro,
Attice, iudicio non dubitande meo.
ecquid adhuc remanes memor infelicis amici,
deserit an partis languida cura suas?
non ita di mihi sunt tristes, ut credere possim
fasque putem iam te non meminisse mei.
ante oculos nostros posita est tua semper imago,
et uideor uultus mente uidere tuos.
seria multa mihi tecum conlata recordor,
nec data iucundis tempora pauca iocis.
saepe citae longis uisae sermonibus horae,
saepe fuit breuior quam mea uerba dies.
saepe tuas uenit factum modo carmen ad auris
et noua iudicio subdita musa tuo est:

---

95 obtandi L || nobis si F || copia fugit A l' detur E fiet τ gratia fiat N gratia detur τ 96 cōmoda ille A || mill(e)a F || precer *coni* H 97 tua dentur D 99 nec ego A || cum *om.* B || thure B 100 mente E

II, 4. ATTICO Aβ AD ATICVM B Attico amico suo E hanc epiſtolam mittit ouidius actico P 1 colloquium π 2 iudiciis — meis D || dubitande *pr. Medic.* ψ dubitante AβCψ dubitate BDEF (*in quo ſuit* ā) LNPε 3 et quid NP equid F || remanens A 4 patris A partes π || tuas B 5 dii B || sint AC sunt mihi dii DLψ non ita di mihi sunt P non mihi sunt ita dii τ || possem C 6 fasue *coni. Bentleius* || iam āā te F te iam G 7 meos oculos D || posita est tua β tua est tua A tua stat tua B praesto est tua CDEFGLNε¹ extat tua ε² praesto est nostros τ praestat t. Pτ adstat t. τ *et e coni. Bentleius* praesens ψ uisa est ψ uera est τ '*fortasse* uersat' *H.* tua adest *uel* uiuast *Luc. Mueller de re metr. p. 291* 8 mende P 9 conlata A collata π 10 et data G || iocundis AβBFLε locis A 11 saepe tuae A saepe tuis B s. breues Lψ citae longae G longe uise B || uise — hore A 13 uenis B || factum modo ε || auris A aures π 14 l' cura E caussa τ charta τ || tua est Cψ est *om.* FLψ

---

96 precer *H* 4, 5 tristes mihi sunt *H* 7 meos oculos tua stat imago — est *H* tua enim tua *M* 13 factum uenit *H*

quod tu laudaras, populo placuisse putabam,
hoc pretium curae dulce recentis erat,
utque meus lima rasus liber esset amici,
non semel admonitu facta litura tuo est.
nos fora uiderunt pariter, nos porticus omnis,
nos uia, nos iunctis curua theatra locis.
denique tantus amor nobis, carissime, semper,
quantus in Aeacide Nestorideque fuit.
non ego, si biberes securae pocula Lethes,
excidere haec credam pectore posse tuo.
longa dies citius brumali sidere, noxque
tardior hiberna solstitialis erit,
nec Babylon aestum, nec frigora Pontus habebit,
calthaque Paestanas uincet odore rosas,
quam tibi nostrarum ueniant obliuia rerum:
non ita pars fati candida nulla mei est.
ne tamen haec dici possit fiducia mendax
stultaque credulitas nostra fuisse, caue,
constantique fide ueterem tutare sodalem,
qua licet et quantum non onerosus ero.

---

15 quem D || tua laudaris A laudabas CDEFGLNε **16** dulce cure L cure A || regentis ABFLψ monentis Dψ mouentis N ligentis ε legentis τ rogantis τ tuentis τ **17** Yτq; m̃ſ lımaraſ ueſtıberesset amici A amice CELψ amic |¦| ψ amica *coni. H. et Bentleius* **18** ammonitu B || est *om.* τ **20** iunctis *suprascr. in β* cunctis D || curuat A || thet[ω] locis B locis [l *superior pars in ras.*] F iocis P || obuia nos *coni. H.* **21** l' im̃e nobis P **22** in eacide nestorideque β in :eacidem nestori deque A (actoı 2 *suprascr.*) [*cf. Il. Ψ, 612*] aeacida (C) nestorideque CDψ testorideque Fψ atride tyndarideque Gψ ~~nestorideque~~ *in marg.*: actoride . poetica licentia . L aeaciden actoridenque Nψ aeaciden nestoridemque τ aeacide tyndarideque τ atridis tyndaridisque ψ .aeacidis actoridisque *H.* **23** non ego sibiber esse curae pocula laetes A securae biberes si D **24** hoc Pψ me ε **25** citior Eε[2]FGLNP breuior D || tempore CDFε l' tempore E || nox et C **26** hiberno ε || solsticialis B || erat ψ erat L (ı2 *suprascr.*) erit F (a2 *suprascr.*) eat *coni. H.* **27—30** *hoc ordine: 29. 30. 27. 28* P **27** nec babilona estū A non babilon B || aestus CDEG || frigus L pontus frigora P **28** cataq; pestanas A caltaque B pastanas F campanas τ **29** uenirent D || reũ A **30** est *om.* BLF[1]ψ **31** nec E || possit dici L potest A posset P **32** stultaque *euanuerunt in* P **33** tueare CGL **34** qualibet AL quam D

---

23 securae biberes si *H* 30 est *om. H*

5. Condita disparibus numeris ego Naso Salano
   praeposita misi uerba salute meo.
quae rata sit cupio, res atque ut conprobet omen,
   te precor a saluo possit, amice, legi.
candor, in hoc aeuo res intermortua paene,
   exigit, ut faciam talia uota, tuus.
nam fuerim quamuis modico tibi iunctus ab usu,
   diceris exiliis indoluisse meis:
missaque ab Euxino legeres cum carmina Ponto,
   illa tuus iuuit qualiacumque fauor:
optastique breuem salui mihi Caesaris iram,
   quod tamen optari, si sciat, ipse sinat.
moribus ista tuis tam mitia uota dedisti,
   nec minus idcirco sunt ea grata mihi.
quoque magis mouearc malis, doctissime, nostris,
   credibile est fieri condicione loci.
uix hac inuenies totum, mihi crede, per orbem,
   quae minus Augusta pace fruatur humus.
tu tamen hic structos inter fera proelia uersus

II, 5. SALANO Aβ AD SALANVM B Salano amico suo E Ovidius mittit amico suo salano P 1 Salino '*quatuor ueteres* (?)' *H.* Silano *coni. H.* Solano N [Salanius *est in inscript. ap. Gruter. thes. p. 559 nr. 6*] 2 mea DGψ 3 reb;q; coprobet A rebusque ut comprobet BCDEGNP$\beta\varepsilon$ rebus quoque comprobet L aprobet F congruat *e coni. M.* res atque ut conprobet *scripsi* 4 deprecor L de l' te E || ut saluo F o saluo ψ || aouce (*fuit* amice) B 5 aeuo res *euan. in* P || intermutua pene A inter mortua F 6 uota tibi L uerba tibi D (†tuus[2] *supra* tibi) 7 quamuis fuerim Dψ || medico B medio tibi iunctus τ || iunctus amore ψ cognitus usu *ed. pr.* 8 deceris F (1 *supra* e) || ingemuisse DG indoluisse EL (†ingemuisse[2] *supra* indoluisse) 9 extremo DFψ l' extremo E eximio F eusino P emonio ε 10 ille—uicit B uiuit A || qualiaque F 11 optastique tuī B obtastique P || ´saluo Cψ || minui mihi D fieri mihi GL (*prior uox in ras.*) Nε 12 obtari P || sinet CN$\varepsilon^2\omega$ 13 dona Fψ uerba ψ 14 non C || nec idcirco minus B idcirco ſ̄ ea A || illa D 15 quaque P || tutissime D mitissime τ 16 conditione B condicoe F 17 uix haec A hec B || inuenias Cτ 18 Querutiuſ B (minus *supra*) || angusta A augustas [s *in ras.*] F augusti E || humum ψ 19 huc A hos τ || instructos C fractos τ scriptos *codd. Naugerii*

5, 3 rebusque ut comprobet *H* rebusque ut congruat *M* 7 cognitus usu *H* 8 ingemuisse *H* 9 ab extremo *H* 17 inuenias *H* 18 humum *H*

et legis et lectos ore fauente probas,
ingenioque meo, uena quod paupere manat,
plaudis et e riuo flumina magna facis.
grata quidem sunt haec animo suffragia nostro,
uix sibi cum miseros posse placere putas. —
dum tamen in rebus temptamus carmina paruis,
materiae gracili sufficit ingenium.
nuper, ut huc magni peruenit fama triumphi,
ausus sum tantae sumere molis opus:
obruit audentem rerum grauitasque nitorque,
nec potui coepti pondera ferre mei.
illic, quam laudes, erit officiosa uoluntas:
cetera materia debilitata iacent.
qui si forte liber uestras peruenit ad aures,
tutelam, mando, sentiat ille tuam.
hoc tibi facturo, uel si non ipse rogarem,
accedat cumulus gratia nostra leuis.
non ego laudandus, sed sunt tua pectora, lacte
et non calcata candidiora niue:
mirarisque alios, cum sis mirabilis ipse,
nec lateant artes eloquiumque tuum.
te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen,

---

21 quod uena L uene A 22 plaudisset e riuo A || ex DL || trais τ 23 ſ haec—nostro te A haec sunt τ 24 cŭ ſ ŭτ miseros B miseros F || putes [β]CDE[ε]FGLNP uix ibi cum miseros posse pl. putat onieci 25 prauis A in paruis—rebus GN 27 nup. huc A hic D huc (ut) upra lin. F² 28 ausușŭ tante A ausus sum et *coni. Oberlin.* || mollis [l *prius n ras.*] F 29 uirorque P timorque ε decorque τ laborque τ (nitorque²) || audacem τ 30 non G 31 erat DNε || uoluptas Bψ uoluptas [p *in ras.*] F 32 materie D materia (e) F || debilitate B debilitante D debilitante l' debilitata C 33 quod si Pεψ || lib̄ uraſ A 34 sentiet D 35 haec CE || si non prius ipse N 36 accedet EN || cumulis F 37 '*nouam elegiam facit Barberinus et sane ad Albinouanum uidetur scripta*' *H.* || non ero β 39 miratisque P || laudabilis Bψ miserabilis ε² mirandus et τ 40 ne CDGPετ || artis A || consiliumque F ingeniumque Dψ || tuus P 41 dat germina nom̄ A iermania P germ. u (n) F

---

24 putes *H* 33 quod si *H*

participem studii Caesar habere solet.
tu comes antiquus, tu primis iunctus ab annis
ingenio mores aequiperante places.
te dicente prius fit protinus impetus illi,
teque habet elicias qui sua uerba tuis.
cum tu desisti mortaliaque ora quierunt
tectaque non longa conticuere mora,
surgit Iuleo iuuenis cognomine dignus,
qualis ab eois lucifer ortus aquis.
dumque silens adstat, status est uultusque diserti,
spemque decens doctae uocis amictus habet.
mox, ubi pulsa mora est atque os caeleste solutum,
hoc superos iures more solere loqui,
atque 'haec est' dicas 'facundia principe digna':
eloquio tantum nobilitatis inest.
huic tu cum placeas et uertice sidera tangas,
scripta tamen profugi uatis habenda putas.
scilicet ingeniis aliqua est concordia iunctis,
et seruat studii foedera quisque sui:
rusticus agricolam, miles fera bella gerentem,
rectorem dubiae nauita puppis amat.
tu quoque Pieridum studio, studiose, teneris,

---

42 studiis E 43 antiqus L antiquo C antiquis DE || primis mihi iūnctus G primus P 44 aequiparante CDEGNP[$\beta\varepsilon$] 45 fit protinus *om.* A || discente [s *in ras.*] F prius dicendi est impetus L 46 ut sua F cum sua τ 47 desistis BEFGLNPβ^2 48 tectaque ABDEFGL tectaque, *in marg.*: et ora clausa P clausaque CNψ [*cf. Verg. A. X, 101*] continuere C 49 surga iulio A surgit ab iulio L surgit ab his iuuenis iuli E || dictus E *pr. d. l.* Gψ do̅s dignus F 50 lucifer exit Oψ 51 cumque L || silent CDE silens affiat τ || est *om.* P || deserti A 52 spesque B || docens ABCDFGL docens l' tacens E tacens β *ex corr.* || docte A docti B || amicus ABCDEFGLN$\beta\varepsilon$ habes C amictus *H.* [*cll. Quinctil. XI, 3*] 53 adque P || solutum est CEL 54 adque hoc P || iuras superos E || uiro more B ore l' more E || soluere A solane τ 55 ad quem haec ē A adque hoc P haec ut G || digna fac. princ. dicas L 57 ut complaceas B cum tu EF || cum uertice τ sidera uertice $\varepsilon\psi$ 58 habere C || profuge—putes F 59 aliquid concordia AC aliquid est cordia B || nostris τ 60 sidera queque sui B 62 dubie A 63 pigendum studio B studium A

---

48 clausaque *HM*

ingenioque faues, ingeniose, meo.
distat opus nostrum, sed fontibus exit ab isdem,
artis et ingenuae cultor uterque sumus.
utque meis numeris tua dat facundia neruos,
sic uenit a nobis in tua uerba nitor.
iure igitur studio confinia carmina uestro
et conmilitii sacra tuenda putas.
pro quibus ut maneat, de quo censeris, amicus,
conprecor ad uitae tempora summa tuae,
succedatque tuis orbis moderator habenis:
quod mecum populi uota precantur idem.

---

6. Carmine Graecinum, qui praesens uoce solebat,
tristis ab Euxinis Naso salutat aquis.
exulis haec uox est: praebet mihi littera linguam,
et si non liceat scribere, mutus ero.
corripis, ut debes, stulti peccata sodalis,

67 Thyrsus ubi est a te, gestata est laurea nobis:
68 Sed tamen ambobus debet inesse calor.

65 hisdem FL 66 ingenue A ingenio ε^2 ingenii BCF 67 thyrsus sublestate gustata . ē . laurea nob̄ A (*i. e.* thyrsus si uobis gestata l' gustata e. l. n. *M.*) tirsus ubi est a te gestata est laurea nobis β (*in marg. man. recentior, quae uerba* 'ubi est a te' *uirgula notauit, adscripsit*: te oblectent.) || tirsus enim uobis BCEGNPε t. inest u. Dψ t. adest u. FL *in marg.* ψ gestataque FL *in marg.* delphica non aeque gestata est laurea nobis L *in textu* ψ *prob. R. Bentleius.* '*totum distichon dubiae fidei est suspectum*' *H.* nobis — uobis *Verpoorten. Burmann. cf. praef. p. IX. X.* 68 et par *coni. H.* par tamen *coni. Burmann.* color *coni. M. ad Ib. p. 373* 69 uirtus C
† neruos2
uires FG uires L 71 aure igitur B || nostro ε 72 commilitiis ADELPετ
ib
commilitus β cum miliciis BGN cum milicia EF 73 maneas EFGN ||
de comprecor2
ex quo ε 74 cum precor B comprecor F precor ε^1 || longa tuae F
meae2
meae G tua ε 75 suis ABDLβ || moderatus A moderandus Dτ moderamen τ suis — moderatus *coni. Bentlei.* 76 populi mecum L

II, 6 GRECINO Aβ ad Graecinum B Grecino amico suo E hanc epistolam mittit Grecinno P 1 grecinum A grecinnum G || quem BCDEFGLNPβε || ore solebat τ 2 euxiníís F 3 hoc P' || praestat τ 5 corrigis E *pr. u. l.* ψ || delicta τ

---

66 thyrsus enim uobis, gestata est laurea nobis *HM* 67 color *M*

et mala me meritis ferre minora doces.
uera facis, sed sera meae conuicia culpae:
aspera confesso uerba remitte reo.
cum poteram recto transire Ceraunia uelo,
ut fera uitarem saxa monendus eram:
nunc mihi naufragio quid prodest discere facto,
qua mea debuerit currere cumba uia?
bracchia da lasso potius prendenda natanti,
nec pigeat mento supposuisse manum.
idque facis faciasque precor. sic mater et uxor,
sic tibi sint fratres totaque salua domus:
quodque soles animo semper, quod uoce precari,
omnia Caesaribus sic tua facta probes.
turpe erit in miseris ueteri tibi rebus amico
auxilium nulla parte tulisse tuum:
turpe referre pedem, nec passu stare tenaci:
turpe laborantem deseruisse ratem.
[turpe sequi casum et fortunae cedere amicum,
et nisi sit felix, esse negare suum]
non ita uixerunt Strophio atque Agamemnone nati,
non haec Aegidae Pirithoique fides:
quos prior est mirata, sequens mirabitur aetas,

6 meque meis DE || doles ABCDEGLNP$\beta\varepsilon$ doces *Jan. Faber epp. I, 71* putas τ 7 iusta facis $\varepsilon^1?\psi$ || sed saeua τ || conuitia A || lin-
.l. pericola2
guae Gτ 9 ceuraunia P || uento τ cerannia F 10 uittarē² F mutarem D || erā² F 11 discere AENPβ dicere BCDFGLε 12 quam—uiam ψ || debuerat DEεFGψ qua debuerat mea L || cymba B 13 da lapso $\varepsilon^2\psi$ delapso Pψ da pocius lapso L laxo (ss) F || praebenda DFψ 14 ne pigeat L 15 utque facis C facis facis F || sit mater G 16 salui D sic tibi salua N 17 sēpter qđ uoce A semper quoque L quod semper Nψ 19 uei miseris F 20 fuisse B 21 passū A 22 laborantem est L 23 casū & fortunae accedere amicū A casū et fortune accedere amicum Bβ casum et f. cedere CDEGLNP casum et f. cedere F casum f. cedere Dψ cedere amici τ c. amicus τ c. amarae ψ '*distichon Ouidianae uenae nil habet*' *H. uncis incluserunt Bentlei. Schreuel. Cnipping. Oberlin.*, sequi casum, fortunae cedere *M.* 24 desinere esse D || tuum Eψ 25 ſtrophio [ſ *in ras.*] F trophio G || ac agam. G adque ag. P et amithaone τ 26 eacide Aβ || perithoique B parithoique P

6, 12 quam—uiam *H* 17 quod semper *H* 23 et *om. M*

in quorum plausus tota theatra sonant.
tu quoque per durum seruato tempus amico
dignus es in tantis nomen habere uiris.
dignus es, et quoniam laudem pietate mereris,
non erit officii gratia surda tui.
crede mihi, nostrum si non mortale futurum est
carmen, in ore frequens posteritatis eris.
fac modo permaneas lasso, Graecine, fidelis,
duret et in longas inpetus iste moras.
quae tu cum praestes, remo tamen utor in aura,
nec nocet admisso subdere calcar equo.

---

7. Esse salutatum uult te mea littera primum
a male pacatis, Attice, missa Getis.
proxima subsequitur, quid agas audire uoluptas,
et si, quicquid agis, sit tibi cura mei.
nec dubito quin sit. sed me timor ipse malorum
saepe superuacuos cogit habere metus.
da ueniam, quaeso, nimioque ignosce timori:
tranquillas etiam naufragus horret aquas.
qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,

---

28 plausu EGNPω 29 seruata B 30 *om.* A 31 mere^r^tis F 32 gratia muta τ 33 est *om.* G 34 cermen A || erit F 35 grecine A graecinne G || lapso DGLN *edd. uett.* laxo P 36 ire moras G 37 que tu AβCDEFGP quod tu B quod cum tu L quae cum tu ψ quem tu N quam tu ψ quem te *coni. H.* || praestas F || uror in auras B utor in auras DLψ utor in aura Aβ *ex corr. recentissima* ψ utor et aura PGψ utar et aura CEFN utar in auras ψ 38 nil nocet CN[β] non nocet EFG || alterno B summisso P

II, 7 ATTICO Aβ ad Aticum B Attico amico suo E hanc epistolam mittit actico P 1 ecce τ || te uult CDEFGN 2 paccatis BF || a^o^tice B actice LP 3 subsẽ F || uoluntas BCDEGLNP uolūptas [p *in ras.*] F 4 et si quid agis A et bene siquid agis BCP et iam si quid agas G et tu si quid agas τ et si quidquid agis E$\beta\varepsilon$ et iam quicquid agis D et si (^m o2^) quicquid agas L et modo quicquid agas FN ages *ex coni. H.* 5 sic me AB si me P || ille E *pr. u. l.* L tenor ipse *coni. Bentleius* 6 sepe A 7 quaeso] q̄ P fasso Nτ || nimiumque D 9 lesus A qui semel e. facili piscis deprensus ab h. τ

---

33 est *om.* *H* 35 lapso *H* 38 nil nocet *H* 7, 4 agas *H*

omnibus unca cibis aera subesse putat.
saepe canem longe uisum fugit agna lupumque
credit, et ipsa suam nescia uitat opem.
membra reformidant mollem quoque saucia tactum,
uanaque sollicitis incitat umbra metum.
sic ego fortunae telis confixus iniquis
pectore concipio nil nisi triste meo.
iam mihi fata liquet coeptos seruantia cursus
per sibi consuetas semper itura uias:
obseruare deos, ne quid mihi cedat amice,
uerbaque fortunae uix puto posse dari.
est illi curae me perdere: quaeque solebat
esse leuis, constans et bene certa nocet.
crede mihi, si sum ueri tibi cognitus oris,
nec uanus nostris casibus esse putor:
Cinyphiae segetis citius numerabis aristas,
altaque quam multis floreat Hybla thymis:
et quot aues motis nitantur in aëre pinnis,

10 omnıb; una A || aera cibis unca E || timet FGN 11 uisum longe DP || f^{g2}uit A 12 nesciat A || uıntt B uittat F 13 menbra B 14 inmutat A incitat βBCDEFLNPε sollicitum concitat G incutit *cod. Bàrberin. pr. diu. lect.* || *Post u. 14 in edit. prima hoc est distichon*:

si uolucri captae dat sors euadere posse
partibus in cunctis esse putat laqueum.

15 fortune A 17 iam mihi fatali coeptus A || fata *om.* BL (*utrique man. recens adscripsit*) facta D || liquent N || certos ψ gressus Cψ casus FE *pr. uar. lect.* $^{\text{scil. liquet}}$ 18 per mihi B 19 obseruare β || cedit E desit D || $^{\text{† amare2}}$amice L 20 uerba fortune A 21 cure me perdere q;q· A 22 manet CNE *pr. u. lect.* ψ $^{\text{† manet2}}$nocet [*in ras.*] L ^{nocet}manet ε 23 si sumerit tibi A || creditus τ 24 nec planis nostris—potes A nec planus nostris—potes β nec $^{\text{fraus in2}}$numeris nostris B non ^{fraus}frax in nostris F nec fraus in n. Gψ nec numerus nostris CDEP non numerus nostris L non nostris numeris N potest BCDELN solet N solet potest F ne numeros nostris—putes *e coni. M.* nec uanus—putor *scripsi.* 25 cyniphie AF ciniphie—cuius B || potius D || aristis D 26 tam D || hibla thimis AB 27 et quod AB || mittantur A nituntur D uibrantur τ librentur *coni. H.* || in aera CDFGN || pinnis A

14 incutit *HM* 24 nec fraus in n. c. e. potest *H* ne numeros n. c. esse putes *M*

quotque natent pisces aequore, certus eris,
quam tibi nostrorum statuatur summa laborum,
quos ego sum terra, quos ego passus aqua.
nulla Getis toto gens est truculentior orbe:
sed tamen hi nostris ingemuere malis:
quae tibi si memori coner perscribere uersu,
Ilias est fati longa futura mei.
non igitur uereor, quia te rear esse uerendum,
cuius amor nobis pignora mille dedit:
sed quia res timida est omnis miser, et quia longo est
tempore laetitiae ianua clausa meae.
iam dolor in morem uenit meus: utque caducis
percussu crebro saxa cauantur aquis,
sic ego continuo fortunae uulneror ictu,
uixque habet in nobis iam noua plaga locum.
nec magis adsiduo uomer tenuatur ab usu,
nec magis est curuis Appia trita rotis,
pectora quam mea sunt serie caecata malorum.
et nihil inueni, quod mihi ferret opem.
artibus ingenuis quaesita est gloria multis:
infelix perii dotibus ipse meis.
uita prior uitio caret et sine labe peracta:
auxilii misero nil tulit illa mihi.

---

28 adque natent B natant Dψ || fluctibus aequoreis E 29 monstretur O 30 sim *coni. H.* || terras—aquas F 31 tota A gens est toto CFGN est *om.* ε || trucior A atrocior Oτ crudelior Fψ 32 hii B in P 33 quae mala E || tibi memor coner A conor τ cupiam l' coner E || destringere τ 34 fatis—meis ψ fatis—mei P facta L 35 uerear qua t̆reat ēē A uerear quo terrear β uerear qua terrear O uertar B quia te ψ quo Pτ qui terrear ψ qua N quod L reor G 36 multa dedit FGLN certa τ 37 et qui longe . ē . A est *om.* DGψ 38 leticie B || mee est L mea est *coni. Tan. Faber* 39 nam B iamque F || in more A 40 crebro percussu D || mouentur B 41 continuae β fortune A || ŭleror B uerberor τ 42 uix habet N || *totus uersus in* A *margini inferiori additus est.* 44 apia F 45 seriae cecata A calcata BC uexata β contrita τ tenuata *in marg.*: tenuata † caecata † cruciata L || laborum BLψ 46 nichil B 47 l'. gratia E 49 uicio B || peracta est βDEεFGNP 50 auxilium (†ii) F || non † nil F

---

34 fatis—meis *H* 35 quod *H* 37 est om. *H* 38 meae est *H* 45 laborum *H*

culpa grauis precibus donatur saepe suorum:
  omnis pro nobis gratia muta fuit.
adiuuat in duris aliqua praesentia rebus:
  obruit hoc absens uasta procella caput.
quis non horruerit tacitam quoque Caesaris iram?
  addita sunt poenis aspera uerba meis.
fit fuga temporibus leuior: proiectus in aequor
  Arcturum subii Pleïadumque minas.
saepe solent hiemem placidam sentire carinae:
  non Ithacae puppi saeuior unda fuit.
recta fides comitum poterat mala nostra leuare:
  ditata est spoliis perfida turba meis.
mitius exilium faciunt loca: tristior ista
  terra sub ambobus non iacet ulla polis.
est aliquid patriis uicinum finibus esse:
  ultima me tellus, ultimus orbis habet.
praestat et exulibus pacem tua laurea, Caesar:
  Pontica finitimo terra sub hoste iacet.
tempus in agrorum cultu consumere dulce est:
  non patitur uerti barbarus hostis humum.
temperie caeli corpusque animusque iuuantur:

---

51 pacatur τ 53 aliquo A aliquos βBCDEεGLNP aliquem Fψ aliquid *pr. Medic.* alios τ aliqua *e coni H.* 54 absentis Dψ || ura procella A || capud FP 55 quae non horruerit tacitam—c. iram AN tacitam—iram β[1] *ut Harlesio uisum est.* quem non obrueret (obruerit EPβ[2]εψ) taciti—cesaris (iudicis β[2]ε) ira Bβ[2]εCEPψ quae n. obruerit taciti—ira τ quem n. orruerit t. q. c. iram τ obruerit—iram τ quem n. obrueret nutu q. c. ira L quem non obrueret tacui (taciti) q. c. ira F quae non horruerint *coni. H.* quis n. horruerit tacitam q. c. iram *e coni. M.* 56 additas poenis A 57 sit fuga B || breuior N || equor A 58 arturum F arcturi τ || timui L 59 carine A co(carine) F 69 ithace A itache L 61 poterit ε || mala tanta τ 62 dittata B || terra meis τ 63 ipsa G || '*fortasse* Istro' *H.* 65 finibus finibus B moenibus τ. partibus τ montibus τ turribus τ 67 prestat — cesar A || in exulibus τ 68 sub (non) axe Gε[1] || riget τ 70 hic F || uerri Gψ 71 tempusque animusque ABN || iuuatur ABCDEFGLP iuuantur N[βε] *edd. uett.*

---

53 alios *H* 55 quac non horruerint *H*

re perpetuo Sarmatis ora riget.
aqua dulci non inuidiosa uoluptas:
oreo bibitur cum sale mixta palus.
deficiunt: animus tamen omnia uincit,
ėtiam uires corpus habere facit.
as ut onus, nitendum uertice pleno est,
lecti neruos si patiere, cadet.
ioque, posse mora mitescere principis iram,
'e ne nolim deficiamque, cauet.
s parua datis pauci solacia nobis,
ım spectata est per mala nostra fides.
tene, quaeso, neque in aequore desere nauim,
ıe simul serua iudiciumque tuum.

---

us est nobis Caesar cum Caesare nuper,
mihi misisti, Maxime Cotta, deos.
uum munus numerum, quem debet, haberet,
bi Caesaribus Liuia iuncta suis.
ım felix omnique beatius auro,
fuerit pretium cum rude, numen habet.
hi diuitias dando maiora dedisses,
ibus missis nostra sub ora tribus.
[uid spectare deos et adesse putare
ıasi cum uero numine posse loqui.

egit B || pp&uoſ armatus A 73 uoluntas ε 74 multa D
recto B nitendum (ꝯ2̃ 2) est u. recto CEεF nit. est u. pleno G
pleno est AO pleno (recto 2) est β 78 aut v flecti B at CELN
e CDEFGLNP || cades ABCFGNP 79 cesaris DFψ 80 nec
olim [*in ras.*] L || facit Eε[1]GL *in ras.* 81 ne uos A || pauca
A 83 nec feqre B || desine τ || nauim β nauem Aπ

TTAE A Maximo Cottae β Ad-maximum B hanc episto-
ete P 1 reddit B || nuper cum caesare caesar Dψ 2
β cocta P || duos Nψ 3 suum τ || numerum F[2] mune-
rumq; deb& 'haberet A 4 tibi A || caesareis—tuis ε 5
β || auroque beatius omni D beatior β[1]L beatius β[2]
fuerant τ l' erat ε[1]E || precium B || nr̃m habet A || erit
[*fuit* Nō (c)] || nam G || diuicias B 10 Є quasi F || sub
nue posse P

re *II*

quanta, dei, merui! nec me tenet ultima tellus,
  utque prius, media sospes in urbe moror?
Caesareos uideo uultus, uelut ante uidebam:
  uix huius uoti spes fuit ulla mihi.
utque salutabam numen caeleste, saluto.
  quod reduci tribuas, nil, puto, maius habes.
quid nostris oculis nisi sola Palatia desunt?
  qui locus ablato Caesare uilis erit.
hunc ego cum spectem, uideor mihi cernere Romam.
  nam patriae faciem sustinet ille suae.
fallor, an irati mihi sunt in imagine uultus,
  toruaque nescio quid forma minantis habet?
parce, uir inmenso maior uirtutibus orbe,
  iustaque uindictae supprime frena tuae.
parce, precor, saecli decus indelebile nostri,
  terrarum dominum quem sua cura facit.
per patriae nomen, quae te tibi carior ipso est,
  per numquam surdos in tua uota deos,

---

11 quanta meridi A quanta a te merui β quantum ad me redii BCEGLP quanta mihi dederint N quos postquam uidi DFψ quando ad me redii ψ qui cum ad me redii ε praemia quanta dei β^3 *excc. Politiani* esse liber uideor ψ nam [iam τ] liber uideor τ quam prope iam redii *coni. Burmann.* an tandem redii *e coni. M.* quanta dei merui *scripsi* ||
non2
non me ψ nec β || altera tellus BLψ altera † ultima F 12 urbe fui F 13 uultus uideo βFP$\varepsilon\psi$ || uelud FLP || solebam BDGψ 16 habet A 17 desint ψ desit F defit *coni. H.* deest ε 18 quis F || ab alto A allato *fuit* ablato F || erat Bψ 20 patrio A faciem patriae BFL 21
irati
an////// B || ab imagine B ut imagine P uul⁹tus F 22 nec scio P ||
c iustaque
minacis τ 23 parte B 24 iunctaque ε iuxtaque uindicte A || frena tuae AβBDFεGLNP lora CE *pr. u. lect. Politian.* ψ [*cf. ex P. I, 8, 69 cll. trist. V, 4, 16. met. VI, 709*] tela τ 25 parce puer AβBCDEεFGLN parce per hoc P parce per τ p. precor *Vossianus* puer *om.* ψ parce pater *coni. Scaliger et Jan. Faber epp. I, 71* parce uir o *coni. H.* || secli A || indeflebile ACO$\psi\beta^1$ indelebile *in marg.* admirabile β^2 indelebile FLNP admirabile BDEεG uenerabile ψ aduenerabile τ 26 quod AN quem β *ex corr.* || te FL tua AβBCDEFGLNPε sua *edd. uett.* 27 patrie A patrium Dψ || numen AβBCDEεFGNP nomen L || q. (c above) *fuit* q (l above) F quod — carias DEβ^2 clarior [l *in ras.*] F est *om.* ψ patriae dominum qui te τ

---

11 praemia quanta dei *H* an tandem redii *M* 24 lora *HM*

perque tori sociam, quae par tibi sola reperta est,
  et cui maiestas non onerosa tua est:
perque tibi similem uirtutis imagine natum,
  moribus adgnosci qui tuus esse potest,
perque tuos uel auo dignos uel patre nepotes,
  qui ueniunt magno per tua iussa gradu:
parte leua minima nostras et contrahe poenas,
  daque, procul Scythico qui sit ab hoste, locum:
et tua, si fas est, a Caesare proxime Caesar,
  numina sint precibus non inimica meis:
sic fera quamprimum pauido Germania uultu
  ante triumphantis serua feratur equos,
sic pater in Pylios, Cumaeos mater in annos
  uiuant, et possis filius esse diu.
tu quoque, conueniens ingenti nupta marito,
  accipe non dura supplicis aure preces:
sic tibi uir sospes, sic sint cum prole nepotes,
  cumque bonis nuribus quod peperere nurus,
sic quem dira tibi rapuit Germania Drusum,
  pars fuerit partus sola caduca tui,
sic tibi mature fraterni funeris ultor
  purpureus niueis filius instet equis.

29 thori B || est *om.* ψ 30 deo est N 31 tui BDψ *Harles.* || simile β || natum [m *in ras.*] β 32 adgnosci A 33 dignos uel auo Dψ uel auo uel dignos ψ dignos uel auos P auo (te) — patre (gente) β 34 iussa F uersa τ uota τ gesta *coni. H.* 35 parce B || leues C 36 scithico A || ab orbe ψ 37 cum caesare N || proxima ABCEFGLNPβεR proxime D || *post u. 38 inserendos censet Bersmann. uu. 25. 26* || ç cesar F 38 sint *euanuit* B tuis (meis 2) F 39 qua primum A 40 triumphantos (e) F triumphatos Gψ triumphantes βBREψ 41 pilio scimaneos A pilios cimeos B cimeos ſ (c) F || cuneos quoque ε || impleat annos P 42 sic D et tu ψ et huic τ uiuat et o *coni. H.* 44 suplicis B simplicis F || ore (aure) F 45 cum β^2 || e prole τ tibi sunt cum prole τ 46 quod (β^1BNOR^1ψ) || pepere murus A quot τ quos DEGLPβ^3 quas CF quo R^2 47 dura EεGLRω || drusus CDEFGPR^2 49 maturae A fraterni mature ψ sic tibi marte suo F *Burmann. Harles.* || aic tibi P || uulneris F sanguinis ψ [auctor β^1?] 50 instat ε^1

33 uel dignos *H* 34 uota *H* 46 quas *H* 47 Drusus *H* 49 fraterni mature *H*

adnuite o! timidis, mitissima numina, uotis:
praesentis aliquid prosit habere deos.
Caesaris aduentu tuta gladiator harena
exit, et auxilium non leue uulnus habet:
nos quoque uestra iuuet quod qua licet ora uidemus:
intrata est superis quod domus una tribus.
felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
quique deum coram corpora uera uident.
quod quoniam nobis inuidit inutile fatum,
quos dedit ars uultus effigiemque colo.
sic homines nouere deos, quos arduus aether
occulit, et colitur pro Ioue forma Iouis.
denique, quae mecum est et erit sine fine, cauete,
ne sit in inuiso uestra figura loco.
nam caput e nostra citius ceruice recedet,
et patiar fossis lumen abire genis,
quam caream raptis, o publica numina, uobis.
uos eritis nostrae portus et ara fugae.
uos ego conplectar, Geticis si cingar ab armis,

51 adnuit eos A annuite BRO o *om.* P hoc ψ || pauidis ψ || uo.... P 52 presentis A praesentes π praes. studiis τ pr. aliquos τ aliqua *coni. H.* 53 aduentum A aduentu (de2) F || tota ABCEψ tuta βDGNPR tutus (tutus) LF tuta ε tacta *e coni. M.* || gladiata R[1] 54 uultus ABCDEFLNPR uulnus (uultus) β uulnus (uulnus) Gω manus ε 55 iuuat Aβ[1]Bε iuuant Dψ || quod qui B quo (qua2) β quod quamlibet F[1]ψ quam licet F[2] quaelibet τ 56 facta [*lege* tacta *H.*] quod est superis iam C || diu ε 57 simulachra B || illos Nψ 59 factum AB lignum N 60 quod (os) F quos β *corr.* || ars uot[9] A ars uotis B uultus P *in ras.* uoltus R || effigiesque ε[1] efficiemque P 61 hic hom. B || aer C 62 oculit R occolit P 63 quod B 64 inuito β[1] || nr̃a? R 65 hoc nostra cicius mercede B a nostra ELNRεψ e uasta τ || recedat β recidi *coni. H.* 66 abesse ε 67 nobis—raptis BEε || puplica B || lumina τ 68 eriris B || are fuge A aura CFDPεR 69 nos quoque ε || complector CD || scythicis D || sic ingarabarmis A sic iungar B || uincar τ tangar τ

53 tota *H* tacta *M* 54 uultus *H* 60 ars uotis *H* 65 recidi *H*

utqúe meas aquilas, ut mea signa sequar.
aut ego me fallo nimiaque cupidine ludor,
aut spes exilii commodioris adest.
nam minus et minus est facies in imagine tristis,
uisaque sunt dictis adnuere ora meis.
uera precor fiant timidae praésagia mentis:
iustaque quamuis est, sit minor ira dei.

---

9. Regia progenies, cui nobilitatis origo
nomen in Eumolpi peruenit usque, Coty,
fama loquax uestras si iam peruenit ad aures,
me tibi finitimi parte iacere soli:
supplicis exaudi, iuuenum mitissime, uocem,
quamque potes profugo — nam potes — adfer opem.
me fortuna tibi — de qua quod non querar, hoc est —
tradidit, hoc uno non inimica mihi.
excipe naufragium non duro litore nostrum,
ne fuerit terra tutior unda tua.
regia, crede mihi, res est succurrere lapsis,
conuenit et tanto, quantus es ipse, uiro.

---

70 meas aquila signa A utque meas a. $\overset{\text{uestraque}}{\text{tutaque}}$ signa $\overset{\text{sequar}}{\text{querar}}$ β m. aq. uos mea signa BCψ m. a. signaque uestra D signa ego uestra EGL (*in ras.*)NR uestra ego signa Fε uos ego signa P uosque meas aq., uos m. s. *coni. H.* utque m. aq. uos m. s. *coni. H.* ut mea signa *scripsi* [*cf. Schwarz. ad Plin. pan. 82, 4 cll. 10, 3*] 71 nimioque Aβ || ludor [r *in ras.*] F laedor G 72 comodioris P || erit Cψ 73 non minus N || in *om.* P 74 annuere B 75 $\overset{\text{:cor}}{\text{p̃}}$: fiant timide A || pauidae N 76 quamuis sit R || ira di B ira mihi L

II, 9 COTII REGI A COTO REGI β AD COTVM B ad Cothium *Medic. pr.* ad Cothum thraciae regem τ hanc epistolam mittit cotio amico suo P 2 nomen ab τ || eumoli B eumolphi FLR eumolfi P || coti AβBN cothi D 3 loquens τ 4 met tibi—parte acere A || loci ψ 5 simplicis G $\overset{\text{supplicis}}{\text{simplicis}}$ ε $\overset{\text{o}}{\text{S}}u\overset{\text{s}}{\text{ueni}}$ R || dulcissime B 6 quă potest profugo napotes ad feropem A quaque EF || profugo potes P f̣ profugo F 7 querar A queror BCDEεNR quod non precor β conqueror ψ non (*in ras.*; *fuit.* quod) conqueror FGLψ non conquerar τ ne conquerar P?H 8 prodidit B || inimica loco τ 9 eccipe P || littore B limite GR 10 nec fuerit B $\overset{\text{c}}{\text{n}}$e [c *in ras.*] F neu fuerit *coni. nescio quis* || mitior O mitior ulla l' tutior unda C 11 laus est τ || lassis ψ

---

70 uosque—uos *H* utque — uos *M* 7 ne conquerar *H*

fortunam decet hoc istam: quae maxima cum sit,
esse potest animo uix tamen aequa tuo.
conspicitur numquam meliore potentia causa,
quam quotiens uanas non sinit esse preces.
hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est
a superis ortae nobilitatis opus:
hoc tibi et Eumolpus, generis clarissimus auctor,
et prior Eumolpo suadet Erichthonius:
hoc tecum commune deo, quod uterque rogati
supplicibus uestris ferre soletis opem.
numquid erit, quare solito dignemur honore
numina, si demas uelle iuuare deos?
Iuppiter oranti surdas si praebeat auris,
uictima pro templo cur cadat icta Iouis?
si pacem nullam pontus mihi praestet eunti,
inrita Neptuno cur ego tura feram?
uana laborantis si fallat uota coloni,
accipiat grauidae cur suis exta Ceres?
nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho,
musta sub adducto si pede nulla fluent.

---

13 haec ψ || (cum sit) crescit F 14 uix satis τ || apta Fε || suo AB 15 aspicitur FL 16 praeces A 17 ille Eψ || *in margine codicis* B *solito maioribus literis haec adpicta*: aeu 19 eumolpus suadet erictonius A eumolpus (generis clarissimus auctor[3]) opus hoc suadet erat β eumolphus F eumolfus P || gratissimus C || a(u[2])ctor F actor L 20 prius D || eumolpho FR eumolfo P || erictonius AB ericthonius L 21 hoc cum te τ et tecum N || deos A deus N decus B deo DH deis EGLβRψ diis CEP || utrique ψ 22 suppl. uotis G 23 numquid A namquid βBCDEFεGLNP || solito quare τ || digneris l' dignentur C || dign(e)amur F || dignamur ε 24 numinac. F || si cernas C? || deis *coni. Burmann.* 25 oranti iupiter F surdas surdas si B || auris A aures π 26 cadit βBDNψ cadet Lψ || ulla Iouis B 27 nulla N || praebet mihi pontus C nullam mihi pontus D || praebet FN praestat βP || eι [i *in ras.*] ιη̃τι F 28 nept(u[2])ño [˜ *in ras.*] F || thura βB dona E [uota τ] 29 fallant N fallunt C fallit DR fiant Lε || culta τ || laborantis — colonos C laborantes — colonos N 30 accipiet CR || grauide cursua sexta ceres A cur sua sacra β 31 non ψ || dabit immerito FPψ (intonso) immerito ε || bacho B 32 non ψ || fluunt Cψ fluant DEFGNP

---

32 fluant *H*

Caesar ut imperii moderetur frena precamur,
tam bene quod patriae consulit ille suae.
utilitas igitur magnos hominesque deosque
efficit, auxiliis quoque fauente suis.
tu quoque fac profugo prosint tua castra iacenti,
o Coty, progenies digna parente tuo.
conueniens homini est hominem seruare uoluptas,
et melius nulla quaeritur arte fauor.
quis non Antiphaten Laestrygona deuouet? aut quis
munifici mores inprobat Alcinoi?
non tibi Casandreus pater est gentisue Pheraeae,
quiue repertorem torruit arte sua:
sed quam Marte ferox et uinci nescius armis,
tam numquam, facta pace, cruoris amans.
adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
emollit mores nec sinit esse feros.
nec regum quisquam magis est instructus ab illis,
mitibus aut studiis tempora plura dedit.
carmina testantur. quae, si tua nomina demas,
Threïcium iuuenem conposuisse negem.

---

33 precatur B 34 quam CDEFGR quo P *et e coni. H.* || ipse ELε ipse ille F illa *coni. auctor elect. Eton.* 36 quique A quippe B quemque fouendo N quemque fauente τ 37 fac profugus intra tua A fac prosis intra tua BCFLNP[β] f. prosis inter tua DEG claustra ψ sceptra τ regna τ f. profugo prosint tua *em. M.* 38 o *om.* B coti ABEG cote CDL 1 cote R cocte P cati N coti [i *in ras.*] *fuit* cote F || tuo l' suo Eψ 39 a̅i̅o̅ hoc̃ F || hominem est N || uoluntas DELεGPψ uolũptas [p *in ras.*] FR 40 nulli G 41 antiphatem DEF || lestigona B [*in marg.*: ἀδuoran|d locus] lestrigonam F || aut l' an C at D 42 inprobet B improbet DGψ non probat ψ || alcmoris A alchinoi FL altinoi P 43 non tibi caussa breuis pater est N || cassandrus CDEFGLR || gentisue phereae ANβ¹? genitorue phareus B (*alteri uoci man. rec. adscr.*: ca) genitorue caphareus β²CEεFGLPRω genitorque D durusque caphareus *uulgo ante H.* 44 quique Rψ || terruit P 45 qui DEFGRψ || tam uinci τ et uincininescius A 46 et nunquam DEL(*in ras.*; *fuit* tam)Rψ et tam nunqua F qui n. G 47 feliciter *ed. pr.* 48 et mollit A || sinat C 49 adb F 50 artibus aut Pψ mollibus aut ψ 51 citrmina A 52 treicium B orphea2 ~~trehicium~~ L || uatem G || putes β² putem Gψ negem putem [putem *in ras.*] LR

---

34 quo *H* 37 fac prosis intra tua *H*

neue sub hoc tractu uates foret unicus Orpheus,
  Bistonis ingenio terra superba tuo est.
utque tibi est animus, cum res ita postulat, arma
  sumere et hostili tingere caede manum,
atque ut es excusso iaculum torquere lacerto
  collaque uelocis flectere doctus equi:
tempora sic data sunt studiis ubi iusta paternis,
  atque suis numeris forte quieuit opus,
ne tua marcescant per inertis otia somnos,
  lucida Pieria tendis in astra uia.
haec quoque res aliquid tecum mihi foederis adfert:
  eiusdem sacri cultor uterque sumus.
ad uatem uates orantia bracchia tendo,
  terra sit exiliis ut tua fida meis.
non ego caede nocens in Ponti litora ueni,
  mixtaue sunt nostra dira uenena manu:
nec mea subiecta conuicta est gemma tabella
  mendacem linis inposuisse notam,
nec quicquam quod lege uetor conmittere feci:
  est tamen his grauior noxa fatenda mihi.
neue roges, quae sit. stultam quam scripsimus Artem,

53 unicus *man. rec. adscr.* B || orpheas A 54 suo est N 56 *pentameter non reductus in* A || tinguere βB tangere τ 57 es *om.* P || excuso A ut in excussò N es ut τ 59 sunt *om.* A || sic st////udiis ubi sunt data Fψ s. st. data sunt ubi εψ || n (1 superscr.) iuxta P ut iusta τ tibi i. L 60 utque Cψ eque P || suis ABβ¹N tuis β²CDEGLεPR tuis (*fuit* suis) F || humeris AβBCDEFεGLNP numeris *coni. H.* || opus l' onus Eψ 61 martescant R || inertis A inertes π merces P || ocia B occia F || pectora τ || sonnos F 62 pierida βLR (*sed corr.*) 63 hec mihi res aliq. rerum (ego superscr.) quoque federis B 64 studii ψ || simus R 65 uatēſ [ſ *in ras.*] uates F 66 auxiliis D 67 pontica ψ || littore CDε 68 mistaue CDEG(?) mistaque ε dura G 69 non CE || supposita τ coniunta est PτR 70 linis (ceris (*man. rec.*) superscr.) B linguis β lignis CNψ signis DFψ ceris EGPR tabulis τ chartis τ cautis (l' ceris superscr.) L || inposuisse B 71 haec quiquam A || ueter GRω || fecit C 72 et t. hiis gr. noxa (culpa superscr.) f. m. est l' //// FRψ 73 rogesſt que B || stultam quae sit quam G quid CFP || quae scripsimus A conscripsimus βCFN cumscripsimus P quod scr. τ descripsimus ψ

60 humeris *H* 67 pontica *H* 72 et tamen — mihi est *H* 73 quid sit *H* conscripsimus *H*

innocuas nobis haec uetat esse manus.
ecquid praeterea peccarim quaerere noli,
ut lateat sola culpa sub Arte mea.
quicquid id est, habuit moderatam uindicis iram,
qui nisi natalem nil mihi dempsit humum.
hac quoniam careo, tua nunc uicinia praestet
inuiso possim tutus ut esse loco.

---

10. Ecquid ab inpressae cognoscis imagine cerae
haec tibi Nasonem scribere uerba, Macer?
auctorisque sui si non est anulus index,
cognitane est nostra littera facta manu?
an tibi notitiam mora temporis eripit horum
nec repetunt oculi signa uetusta tui?
sis licet oblitus pariter gemmaeque manusque,
exciderit tantum ne tibi cura mei.
quam tu uel longi debes conuictibus aeui,
uel mea quod coniunx non aliena tibi,
uel studiis, quibus es quam nos sapientius usus,
utque decet, nulla factus es Arte nocens.
tu canis aeterno quicquid restabat Homero,
ne careant summa Troica bella manu:
Naso parum prudens artem dum tradit amandi,

---

74 innouas A || hoc uetat F haec uetat l' non sinit E quod uetat τ 75 et quid βCDEFGNPR ne quid B || nec carim A peccarim prethea B (*rec. man. adscr.*: praeterea) noli[es] A nolim R 76 pateat AβBDεEFGNPR pateat ł lateat C 77 quicquid idem habuit A habui DGPψ || umdicis A principis CF iudicis ψ 78 quae nisi Gψ || densit F

II, 10 MACRO Aβ Ad Macrum B ad Macrum amicum suum E? hanc epistolam mittit macro P 1 ab in presse P || cognoscis F || cere A || gemmae τ impressa *coni. Burmann.* 3 actorisque GR 4 cogn. nec P || est *om.* FP || litora A litera B 5 quin D || noticiam B || harum τ 6 nec repetens D 7 scilicit G || gemmae pariterque G 10 coniux P(DCE?) || tibi est BCDEFLR 11 es *om.* P || sapiencius B || usus es P 12 factus ab arte L *et e coni. Burm.* 14 troica facta ψ tr. f bella F 15 trahit (d *superscr.*) A tractat DGεψ tradit l' tractat l' cantat E? curat C dū [u *in ras.*] τebat (u *superscr.*) F || amanti ψ

---

77 habui *H*

doctrinae pretium triste magister habet.
sunt tamen inter se communia sacra poetis,
diuersum quamuis quisque sequamur iter.
quorum te memorem, quamquam procul absumus, esse
suspicor et casus uelle leuare meos.
te duce magnificas Asiae perspeximus urbes:
Trinacris est oculis te duce nota meis.
uidimus Aetnaea caelum splendescere flamma,
subpositus monti quam uomit ore gigans:
Hennaeosque lacus et olentia stagna Palici,
quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.
nec procul hinc nympha est, quae, dum fugit Elidis amnem,
tecta sub aequorea nunc quoque currit aqua.
hic mihi labentis pars anni magna peracta est.
eheu! quam dispar est locus ille Getis!
et quota pars haec sunt rerum, quas uidimus ambo,
te mihi iucundas efficiente uias!
seu rate caeruleas picta sulcauimus undas,
esseda nos agili siue tulere rota:

16 precium B 17 poetis l' poetae E || confinia sacra τ 18 queramur A petamus N sequatur βBCDEεFLPR sequamur G *et e coni.* ***Fabricius.*** 19 quanquam A || absumus urbee (esse) L urbe *in marg.*: orbe ε absum. a te F abs. urbe τ abs. orbe τ quamuis (ψ) sumus orbe remoti τ 20 auspicor N || uelle iuuare ε[ψ] 21 prospeximus DEFω perspeximus P *in ras.* 22 trinaoris B tinacris CDP || occulis B est nobis oculis L || uota F uisa βDEGLN 23 ethneae A ethee (ti) B ethuea P 24 subpositus A || mouit B mouet βN[ψ] || gygans A 25 henneosque AβB etneosque CDGNPεR ethneosque EF ennaeosque ψ hemomosque L || olentia AβBCDEFGLNPR palisci DEFG palusci N palasci ε paliti P olentis stagna Palici *coni. Zinzerling diatr. I p. 189 et* ***Bentleius*** [*cf.* ***Verg.*** *A. IX, 58 Heyne*] 26 quamque GψRP || chianem L cyanem BD || anaphis G anapis ELεψ || aquas (ı) F 27 hic P || nymphae quae Aβ nimphe quae BCDEFG(nymphe)LNP nymphen *coni. H.* nympha est quae ψ ***M.*** || amne B amnes D ãnnem F 28 tota τ tuta τ || manat ψ || ⁞⁞umo L humo N sub occulta—humo β 29 hoc mihi pars anni labentis longa G anni pars B 30 I heu A heheu DR heu mihi quam CFNψ heu heu quam EPψ hei mihi quam *coni. H.* 31 sunt haec DGψ rerum sunt haec R pars || haec rerum L fũıt [ı *in ras.*] haec F haecest NP 32 iocundas BFLPR ocuruleas P || pictas A 34 esse damnosa geli siue tolere A || fragili L

25 olentis *M* 27 nymphen quae *H*

saepe breuis nobis uicibus uia uisa loquendi,
pluraque, si numeres, uerba fuere gradu:
saepe dies sermone minor fuit, inque loquendum
tarda per aestiuos defuit hora dies.
est aliquid casus pariter timuisse marinos
iunctaque ad aequoreos uota tulisse deos:
et modo res egisse simul, modo rursus ab illis
quorum non pudeat posse referre iocos.
haec tibi cum subeant, absim licet, omnibus annis
ante tuos oculos, ut modo uisus, ero.
ipse quidem arctoo cum sim sub cardine mundi
qui semper liquidis altior extat aquis,
te tamen intueor quo solo pectore possum
et tecum gelido saepe sub axe loquor.
hic es et ignoras: et ades celeberrimus absens,
inque Getas media iussus ab urbe uenis.
redde uicem, et, quoniam regio felicior ista est,
istic me memori pectore semper habe.

---

11. Hoc tibi, Rufe, breui properatum tempore mittit
Naso, parum faustae conditor Artis, opus:

---

35 uicibus nobis C uia mensa N uia [b] uicibus [a] B || loquendi est EGβ loquendi [l' do] est L || *hunc et seqq. uersus hoc ordine: 35. 38. 36. 37 sed literis a . b . c . d additis uerus ordo significatus* F 36 gradus B 37 sermonem ior A fuit minor FR || loquendo DEFGLεP 38 defluit ψ deficit ψ affuit [de] F || ora A 39 pariter casus CDL || tenuisse ψ 40 equoreas [o] B || iuntaque P 41 rurssus F 42 qua non me pudeat B || refferre F 43 si subeant CDEFGNR || ipsam licet A absim licet βG absint licet ψ absens licet LN licet hic sim B hic sim licet CDEFεPR || omn. [l' annis] horis L horis ψ 44 certe AβBCDEGLPε certo FNRψ toto τ gelido ψ incerto ψ extremo τ positus ψ extremi OH extremi positus sub *c. auct. elect. Eton.* arctoo *scripsi.* climate D || mondi F 46 exstat B || liquides [i] F || altior [† ocior] L 47 te [m] F || quod F 48 sub *corr.* β, *fortasse fuit* in premor τ 49 hoc tamen ignoras τ || sed abes Nτ sed ades βE 50 medios DEGNεψ || uisus CDEGN uissus P nisus F missus τ 51 reddo A || et *om.* D || illa DGψ 52 istu memori A in memori D illic ψ

II, 11 RVFO Aβ Ad Rufum B Ad Rufum amicum suum E hanc epistolam mittit Rufo P 1 ruffe L 2 fauste A

---

43 omnibus horis *H* 45 extremi *H* certe *M* 50 uisus *H*

ut, quamquam longe toto sumus orbe remoti,
scire tamen possis nos meminisse tui.
nominis ante mei uenient obliuia nobis,
pectore quam pietas sit tua pulsa meo:
et prius hanc animam uacuas reddemus in auras,
quam fiat meriti gratia uana tui.
grande uoco lacrimas meritum, quibus ora rigabas,
cum mea concreto sicca dolore forent.
grande uoco meritum maestae solacia mentis,
cum pariter nobis illa tibique dares.
sponte quidem per seque mea est laudabilis uxor:
admonitu melior fit tamen illa tuo.
namque quod Hermiones Castor fuit, Hector Iuli,
hoc ego te laetor coniugis esse meae.
quae, ne dissimilis tibi sit probitate, laborat,
seque tui uita sanguinis esse probat.
ergo quod fuerat stimulis factura sine ullis,
plenius auctorem te quoque nancta facit.
acer et ad palmae per se cursurus honores,
si tamen horteris, fortius ibit equus.
adde, quod absentis cura mandata fideli
perficis et nullum ferre grauaris onus.
o! referant grates, quoniam non possumus ipsi,
di tibi. qui referent, si pia facta uident.
sufficiatque diu corpus quoque moribus istis,
maxima Fundani gloria, Rufe, soli.

---

3 et quamquam BN 5 eueniant ε ueniæent R ueniant ψ 6 lapsa ψ [pressa τ] 7 Sτ prius B || reddamus β 8 surda Dψ 9 meritum lacrimas CDEFGNPε 10 confesto G perpetuo τ 11 meste A || solacia B 12 dum D || darer β 13 est *om.* L || per se mea cum τ p. se mea sit τ 14 sit tamen AGτ || amonitu LR || ipsa N 15 hermϕone A hermione βBCDEFLN ermiones P hemione ε hermiones GτH· hermines R || hector illi A h. iulo CDELεN 16 letor A delator τ 17 pietate C || tibi difficilis ne sit D ne tibi dissimilis L || labores ψ 18 uitam R^2 u////ita F 19 ergo quae B 20 fortius a. τ actorem GR hoc hortatorem τ || nancta AR nacta π 21 ut ad τ || palme A 22 fortior N 23 m. sodali B 25 oro ferant $β^2$ et referant B ergo ferant τ 26 dii referant B || si tibi A || uota ψ 28 fundarii G || rure solϕ A

LIBER TERTIVS.

1. Aequor Iasonio pulsatum remige primum,
quaeque nec hoste fero nec niue, terra, cares,
ecquod erit tempus, quo uos ego Naso relinquam,
in minus hostili iussus abesse loco?
an mihi barbaria uiuendum semper in ista,
inque Tomitana condar oportet humo?
pace tua, — si pax ulla est tua, Pontica tellus,
finitimus rapido quam terit hostis equo —
pace tua dixisse uelim, tu pessima duro
pars es in exilio, tu mala nostra grauas.
tu neque uer sentis cinctum florente corona,
tu neque messorum corpora nuda uides,
nec tibi pampineas autumnus porrigit uuas:
cuncta sed inmodicum tempora frigus habent.
tu glacie freta uincta tenes, et in aequore piscis

EX PONTO LIB ·II· EXPLICIT | INCIPIT LIBER ·III· A Explicit liber secundus incipit tertius P

III, 1 Inuencio contra situm loci B ad uxorem *cod. Leidens. ed. pr. deest inscriptio in β, qui u. 31 nouam elegiam incipit, addita inscriptione* AD CONIVGEM 1 Aequoreiasonio A ab ausonio [iasonio²] β iasonia [o] B iausonio pulsarum P 2 quae nec F || caret AN 3 et quod P et equid [pro numquid] quod erit F et quid β ecquid DGL en quod R¹ en quid NR² || uas ego A 4 abire CEFLψ adesse Pε addesse R || hostili trusus (iussus *man.* 2) abesse β hostilem i. abire locum NDE*pr. u. l.*ψ 5 anni barb. A anne est B || barbarie τ || uiuendum est F || ista est CEGNPR 6 thomitanana L || condor A 7 si *man. rec. adscr.* β || *post* 'pax' *deletum quantum ex litura suspicor* mihi *in* β, *Harles.* || est tua AβBCDFεGLNP est tibi Eψ *H.* pace tua, pax ulla tibi si *coni. H.* 8 finitimo [9] rapido [9] — tegit [r] F 9 tu o pessima G || pessima nostro βO durum [o] F 10 pars est [es] B es *om.* L 11 neque sentis uer L 12 corpora nostra B nuda fuit uides F 13 pãt pineas A || autumpnus B autopnus F autompnos R 14 sed [si] β || immodicum π || habet ψ frigora tempus habent L 15 iuncta Dψ || tenens AB tenes [uides] R uides DEF || et *om.* PD || equore A īqre [o] B

1, 4 hostilem — abire locum *H* 7 est tibi *HM*

inclusus tecta saepe natauit aqua.
nec tibi sunt fontes laticis nisi paene marini,
qui potus dubium sistat alatne sitim.
rara neque haec felix in apertis eminet aruis
arbor, et in terra est altera forma maris.
non auis obloquitur, nisi siluis siqua remotis
aequoreas rauco gutture potat aquas.
tristia per uacuos horrent absinthia campos
conueniensque suo messis amara loco.
adde metus, et quod murus pulsatur ab hoste,
tinctaque mortifera tabe sagitta madet:
quod procul haec regio est et ab omni deuia cursu,
nec pede quo quisquam nec rate tutus eat.
non igitur mirum, finem quaerentibus horum
altera si nobis usque rogatur humus.
te magis est mirum non hoc euincere, coniunx,
inque meis lacrimas posse tenere malis.
quid facias, quaeris? quaeras hoc scilicet ipsum:
inuenies, uere si reperire uoles.
uelle parum est: cupias, ut re potiaris, oportet,
et faciat somnos haec tibi cura breues.

---

16 sepe A || nataret C 17 latices BCE*pr. u. l.* FG laticis (e2) R laticis fontis D || poene A 18 dubium est EFGLNβεR || alatue DGNε 19 neque ħ A neque hic B nec hic CN neque est G nec est E *pr. u. l.* raraque nec τ || imminet G 20 terris B || aemula forma mari *coni. H.* 21 alloquitur BFψ abloquitur L || nisi siluis si qua ABCDEFβεGLNPR siluis nisi si qua ψ. *Micyllus.* [*cf. ex P. II, 8, 55*] relictis *coni. Burmann.* 22 aequoreis ε *corr.* rauclo L || patat A portat B potet CFLNε[1]ψR bibit τ 23 tristitia A || abscintia L abscinthia P absineia F 24 suo est C loco est EFLN || auára F 25 pulsetur τ cingatur τ 26 tynctaque B l' tactaque E || caede G || manet C 27 quo A quod βFLPH quam BCDEGNR || regionē A est regio haec L || deuia portu τ 28 qua ψ quam τ || qcq (ı fā) F || erat F 29 mirum est FN finem mirum τ 30 rogetur D 31 ne magis B || haec Nψ 33 faciam DNR[1] illum C 34 inuenias τ || repetire P || uoles († uelis2) L uelis DFNψ cupis ψ 35 est *om.* ψ || facias ut re ψ || ut spe *coni. H.* || pociaris B 36 ut (l' et) F || faciet A ut faciat BG || sonnos F

---

21 siluis nisi *HM*

uelle reor multos: quis enim mihi tam sit iniquus,
optet ut exilium pace carere meum?
pectore te toto cunctisque incumbere neruis
et niti pro me nocte dieque decet.
utque iuuent alii, tu debes uincere amicos,
uxor, et ad partis prima uenire tuas.
magna tibi inposita est nostris persona libellis:
coniugis exemplum diceris esse bonae.
hanc caue degeneres, ut sint praeconia nostra
uera: uide, famae quod tuearis opus.
ut nihil ipse querar, tacito me fama queretur,
quae debet, fuerit ni tibi cura mei.
exposuit mea me populo fortuna uidendum,
et plus notitiae quam fuit ante dedit.
notior est factus Capaneus a fulminis ictu:
notus humo mersis Amphiaraus equis.
si minus errasset, notus minus esset Vlixes:
magna Philoctetae uulnere fama suo est.
si locus est aliquis tanta inter nomina paruis,
nos quoque conspicuos nostra ruina facit.
nec te nesciri patitur mea pagina: qua non

---

37 multos uelle reor F || quis sit mihi τ 38 fine l' pace Eψ 39
† remis2
totisque ψ || remis Nψ neruis L [curis τ] *totus uersus in* B *omissus in marg. additus est* 41 docent C iuuant F || uincere cunctos ψ 42
Në
partis A partes π 43 posita est Gτ 44 bone A 45 haec R^1 Hanc degeneres ut sint A hanc caue degeneres ut sint βBCDEFGLNP *Zinzerling prom. cr. c. XIII. H.* et sint *edd. uett.* hanc ne degeneres R^2
nostra
Heruagen. M. || uestra β 46 fame A || quod AβBDFGNψ quo CEL uera; uide f. quod L *auct. elect. Eton.* 47 nichil B || queratur β^1 loquetur B 48 tura mei A 49 meme populo A mala populo B memet p. βDεFGPR populo memet N memet populis E mea me populis L mea me populo *H.* 50 noticie B 51 l' est notus factus E es factus capaneu τ caphaneus P || a *om.* AEFGLPβR de CD a NH || fluminis ε 52 amphioraus FL || aquis τ 53 ulysses N? 54 philoctete A philoctetis β philocete F philotecte R philotete D || est *om.* Gψ || fama
nomina2
1
fuit F 55 est aſ n F tanta intra menia β 57 nescire [e *alterum in ras.*] F || que non AβCDFNPR quae † qua Eψ qua BL *et e coni. Scaliger* quam non G

---

45 caue d. et *M* 46 quo *HM* 51 de fulminis *H*

inferius Coa Bittide nomen habes.
quidquid ages igitur, scena spectabere magna
et pia non paruis testibus uxor eris.
crede mihi, quotiens laudaris carmine nostro,
qui legit has laudes, an mereare, rogat.
utque fauere reor plures uirtutibus istis,
sic tua non paucae carpere facta uolent.
quarum tu praesta ne liuor dicere possit
'haec est pro miseri lenta salute uiri.'
cumque ego deficiam nec possim ducere currum,
fac tu sustineas debile sola iugum.
ad medicum specto uenis fugientibus aeger:
ultima pars animae dum mihi restat, ades.
quodque ego praestarem, si te magis ipse ualerem,
id mihi, cum ualeas fortius ipsa, refer.
exigit hoc socialis amor foedusque maritum,
moribus hoc, coniunx, exigis ipsa tuis.
hoc domui debes, de qua censeris, ut illam
non magis officiis quam probitate colas.
cuncta licet facias, nisi eris laudabilis uxor,
non poterit credi Marcia culta tibi.

---

58 coabit tibi denomen habe A coa battide BCDEGβ *in ora cod. corr.* choa bachide F coha bachide L choa batade P cohra batide R baucide ε || celari pariter (patitur τ) qua probitate uiges Nτ *ed. pr.* || coa bittide *restituit M.* [*cf. Th. Bergk. de Hermesianactis elegia* [*1844*] *p. 37* '*Βαττίδα Scaligerus correxit, libri Βιττίδα*'] || habet $\beta\psi$ 59 agas ψ || dignabere (spectabere 2) β^1 magna spect. scena ψ 60 inpia ε^1 || paucis βBDLεN(*in marg.*: paruis)ψR 61 quoci///ens F 62 quae *ex cod. Francofurt. Burmann.* 64 pauce A pauce (1) B || uolunt $\varepsilon\psi$ 65 quarum AβBCDEF(*superscr.* mulierum)GLεNPR quare tu *cod. Vossianus H.* || leuor A liuor ne G 67 quamquam C || non possum DR$^1\psi$ nec possum Fψ || cursum ψ 69 med. fugio F || uenio uenis Nψ || fugentibus B 70 anime A 71 Qq (a); ego F quaetibi R || praestare — ualere A 72 ualeus R || fortior ε || ipse B 73 haec GR || mariti ε 74 moribus β *corr.* || hoc *om.* A || eigis A exigit BFτ || suis BFτ 75 haec R || et (ꝉ ut) F || ipsam B 76 magis l' minus E || pietate Eψ 77 si C || facias *om.* B || nisi sis NτH || laudabitur C 78 martia CDE(?)NPR || cultatibus A culta tibi pro te P

---

58 Battide *H* 65 quare *HM*

nec sumus indigni: nec, si uis uera fateri,
  debetur meritis gratia nulla meis.
redditur illa quidem grandi cum fenore nobis,
  nec te, si cupiat, laedere rumor habet:
sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum,
  pro nostris ut sis ambitiosa malis.
ut minus infesta iaceam regione labora,
  clauda nec officii pars erit ulla tui.
magna peto, sed non tamen inuidiosa roganti:
  utque ea non teneas, tuta repulsa tua est.
nec mihi succense, totiens si carmine nostro
  quod facis ut facias teque imitere rogo.
fortibus adsueuit tubicen prodesse, suoque
  dux bene pugnantis incitat ore uiros.
nota tua est probitas testataque tempus in omne:
  sit uirtus etiam non probitate minor.
non tibi Amazonia est pro me sumenda securis,
  aut excisa leui pelta gerenda manu:
numen adorandum est, non ut mihi fiat amicum,
  sed sit ut iratum quam fuit ante minus.
gratia si nulla est, lacrimae tibi gratia fient:
  hac potes aut nulla parte mouere deos.
quae tibi ne desint, bene per mala nostra cauetur:

---

81 cum *om.* A || cum grandi C magno cum E 82 nec quo si τ || cupat ledere A cupias F || liuor CGL liuor l' rumor E liuor *Zinzerling prom. crit. c. 41 H.* 84 ut sis pro nostris Cψ || ambiciosa B 85 tel-
tui :N̄
lure Eψ regionẽ A 86 clausa DFGεψ || illa tui β mei B 87 sed:τam̃ A || petenti ψ precanti τ 89 suscense AF || sub carmine R 90 imi-
e
tare A imitare B 91 sortibus B || tibicen F || ṣọ suoque F 92 pugnantis A pugnantes π 93 l' pietas Eεψ bonitas τ || *uersus 93. 94*
etiam
om. F 94 uirtus eτîm B uirtus in re τ '*uersus merito suspectus mihi*' *H.* || sed uirtus tibi sit *coni. Burmann.* 95 non A nec βBCDEεFGLNP || amahonia B amaconia P || est *om.* FG || sum̃dea A || secutis P 96
excussa
excussa Oψ excissa ε || petenda τ tenenda τ 97 ne non D ut non τ 99 lacrime A || figent A fiant FN 100 ut ε² aud P 101 non desint P || caueto CDFGLεω

---

82 liuor *H* 94 *uncis incl. H*

meque uiro flendi copia diues adest.
utque meae res sunt, omni, puto, tempore flebis:
has fortuna tibi nostra ministret opes.
si mea mors redimenda tua — quod abominor — esset,
Admeti coniunx quam sequereris erat.
aemula Penelopes fieres, si fraude pudica
instantis uelles fallere nupta procos.
[si comes extincti manes sequerere mariti,
esset dux facti Laodamia tui.
Iphias ante oculos tibi erat ponenda, uolenti
corpus in accensos mittere forte rogos.]
morte nihil opus est, nihil Icariotide tela:
Caesaris est coniunx ore precanda tuo.
[quae praestat uirtute sua, ne prisca uetustas
laude pudicitiae saecula nostra premat.
quae Veneris formam, mores Iunonis habendo
sola est caelesti digna reperta toro.]
quid trepidas et adire times? non inpia Procne
filiaue Aeetae uoce mouenda tua est:
nec nurus Aegypti, nec saeua Agamemnonis uxor,
Scyllaque, quae Siculas inguine terret aquas:

de
102 meque F meque tibi τ || nirum P || flenti C || ades B erit [illegible] 105 res ſū̃ F 104 ministret A ministrat π || has tibi fortuna FG [illegible] redim̃ta tua A redimita tua B || si mea sors ψ si mihi sors τ || ab[illegible] minor B || esse L 106 ad moeti A 108 pellere N || uiros ψ pre[illegible] P || *huic uersui in B adpicta figura, cuius altera pars fere euanida haec: uersus 109 usque ad 112 et 115 usque ad 118 ut additicios seclusi cum R*[illegible] *pero* 109 sic om̃s A || extinti P 110 factis — tuis τ fati GN || laodo[illegible] FL 111 erit ABCGL 112 in arsuros τ || ponere DFψ 113 nil op[illegible] est letho Eψ [*trist. V, 14, 41*] mortis nil o. est l' nil opus in lecto[illegible] nil opus est morte ψ morte nil F morte nihil tibi opus *coni. Bentle*[illegible] nihil c̄ cariotide A nichili carlocide *in marg.*: cauet β nichil est icari[illegible] tide B nil ic. Fψ ycariotide L 114 et coniunx AB || tuo est B [illegible] s tua F || longa uetustas ψ 116 pudicie BF 117 formam Iunonis D[illegible] habenda A 118 uiro D thoro B 119 dubitas C || quid adire G || i[illegible] pia prognes B prognes FP progne L 120 filia uenete A filia uel oe[illegible] † roganda[illegible] B oete FLP oetes G || premenda C roganda Eψ monenda βτ monend[illegible] L 121 egisti BCDEFGLPε || saeuaque G 122 scillaq; A || tu[illegible]bat τ

104 ministrat *H* 113 nil opus est leto nil *H* 114 at coniux [illegible]

Telegoniue parens uertendis nata figuris,
  nexaque nodosas angue Medusa comas:
femina sed princeps, in qua fortuna uidere
  se probat et caecae crimina falsa tulit:
qua nihil in terris ad finem solis ab ortu
  clarius, excepto Caesare, mundus habet.
eligito tempus captatum saepe rogandi,
  exeat aduersa ne tua nauis aqua.
non semper sacras reddunt oracula sortis,
  ipsaque non omni tempore fana patent.
cum status urbis erit, qualem nunc auguror esse,
  et nullus populi contrahet ora dolor:
cum domus Augusti, Capitoli more colenda,
  laeta, quod est et sit, plenaque pacis erit:
tum tibi, di faciant, adeundi copia fiat,
  profectura aliquid tum tua uerba putes.
si quid aget maius, differ tua coepta, caueque
  spem festinando praecipitare meam.
nec rursus iubeo, dum sit uacuissima, quaeras:
  corporis ad curam uix uacat illa sui.
[curia cum patribus fuerit stipata uerendis,

---

123 telaegoniae A telegonique BCFGψ || imitandis τ 124 comas est B 125 semina B 126 te B || cecei B || fassa G 128 mondus F 129 roganti CFENP 130 exstet in aduersa ψ || ne tibi τ || ereat ('i. e. haereat' *H.*) τ 131 reddunt sacras τ || oracula uoces B || '*distichon dubiae fidei, nisi* Clarias-sortes *fort. reponi placet*' *H.* 132 templa N 133 dum CG || satus A || non [nunc] F || auguror ipse β 134 contrahit ε conteret τ || timor N || 135 capitolia A || colendi B colenda est P || cum augusta dom. capitoli m. colendi *coni. H.* 136 erit—inest C 137 cum tibi dificiant A cum tibi β cum tibi dii facient B tunc FεGNP nunc D dii faueant Lψ || copia detur ψ 138 profecturi A || tunc Pψ cum BE || putæs A puta Gψ putas ψ l' puto E [l' putem2] putes L 139 ages mauis B || defer ε || tua—uerba F tua cepta [l' uota2] L 140 tuam meam F tuam ψ 141 haec rursus O nec [hec] F rursum C || rubeo P || sint F 142 cultum CEεFGN culmen D 143 *omittit* A *distichon 143. 144 a manu rec. orae codicis β adscriptum est.* dum L dum [† cum2] DN || fuerit patribus CEFGN || stipanda ψ

---

130 haereat *H* 131. 132 *uncis incl. H* 137. 138 *uncis incl. H* 141 *uncis incl. H*

per rerum turbam tu quoque oportet eas.]
cum tibi contigerit uultum Iunonis adire,
fac sis personae quam tueare memor.
nec factum defende meum — mala causa silenda est —
nil nisi sollicitae sint tua uerba preces.
tum lacrimis demenda mora est, submissaque terra
ad non mortalis bracchia tende pedes.
tum pete nil aliud, saeuo nisi ab hoste recedam:
hostem fortunam sit satis esse mihi..
plura quidem subeunt. sed disturbata timore
haec quoque uix poteris uoce tremente loqui.
suspicor hoc damno fore non tibi: sentiet illa
te maiestatem pertimuisse suam.
nec tua si fletu scindentur uerba nocebit:
interdum lacrimae pondera uocis habent.
lux etiam coeptis facito bona talibus adsit,
horaque conueniens auspiciumque fauens.
sed prius inposito sanctis altaribus igni

---

144 omnia per rerum turbam tu quoque oportet eas A per patrum turbam β^3BCDFLN per partrum turbas EGP || tum DFψ tunc EGP nunc τ num ψ || *uncis incluserunt 143. 144 Heinsius, auctor elect. Eton., Oberlin.* 145 contingit ε || formam *ed. pr.* 146 tum sis O || persone A 147 l' culpa E mea caussa N 148 nil sibi τ nec nisi CL || sollicites in tua A nil nisi tum solitae sint β sollicites in tua B 149 tunc CEGL dum D tam N? || demanda A || summissaque A || terrae CDEGLN 150 mortalis A mortales π || l' oscula E || manus L (pedes) 151 tunc CFGN tu B || petœ A || saeue nihi A nisi saeuo EG 152 sufficit esse τ || esse meam τ 153 sed ſ̆ turbata A sed s̃t turbata B s. sunt t. βDFεGLP si sunt t. C sed tu t. EN *auct. elect. Eton.* sed conturbata τ sed iam *ed. pr. H.* sed disturbata *M.* || timore L (†dolore2) dolore G 154 hoc ψ || poterit P || premente Aβ || ore ψ corde τ 155 haec EGN || dampno B || tibi non fore EGN fore si non LE *pr. u. l.* || sentiat BDFL 156 maiestem A magestatem B 157 '*etiam hoc distichon uix pro genuino habendum, ne bis idem dicat. iam enim praecesserat* 'nec lacrimis demenda mora est'. *posterior uersus ex epistola Briseidos* [*III 4*] *conflatus*' *H.* || nec sua B || scindantur DLψ scinduntur ψ findantur τ || nocebit (o) B 158 lacrime A 159 nux B || facito coeptis EG bona facito ε || assit B 160 auspitiumque A auspicioque τ auspiciisque τ || hospitiumque *ed. pr.* 161 inposito B || sacris Dψ || igne BDFGLN

---

149 terrae *H* 153 sed iam turbata *H* 154 ore *H* 155 tibi non fore *H* sentiat *H* 157. 158 *uncis incl. H*

tura fer ad magnos uinaque pura deos.
e quibus ante omnis Augustum numen adora
progeniemque piam participemque tori.
sint utinam mites solito tibi more tuasque
non duris lacrimas uultibus aspiciant!

---

2. Quam legis a nobis missam tibi, Cotta, salutem,
missa sit ut uere perueniatque, precor.
namque meis sospes multum cruciatibus aufers,
utque sit in nobis pars bona salua facis.
cumque labent aliqui iactataque uela relinquant,
tu lacerae remanes ancora sola rati.
grata tua est igitur pietas. ignoscimus illis,
qui cum fortuna terga dedere fugae.
cum feriant unum, non unum fulmina terrent,
iunctaque percusso turba pauere solet:
cumque dedit paries uenturae signa ruinae,
sollicito uacuus fit locus ille metu:
quis non e timidis aegri contagia uitat,
uicinum metuens ne trahat inde malum?
me quoque amicorum nimio terrore metuque,
non odio quidam destituere mei.
non illis pietas, non officiosa uoluntas

---

162 thura B que *om.* B puraque ε || semper itura τ 163 ex quibus G || ante om̃ſ A || nomen ε² 164 thori B 165 [solito mihi ψ] || utinam mentes |||||hore B || piasque τ || sint etiam mites L 166 non lacrimas duris ε

III, 2 COTTAE Aβ ad Cottam B ad cotum *cod. Leidensis.* hanc epistolam mittit cocte P 1 qui D || cocte P cota FGL || tam (quam²) F 3 numque A || multis D miltum (u²) F (*fuit*: uultum) 4 atque sit nobis A atque sit e nobis N utque sit in nobis βBDLPψ atque sit in///nobis (n) F atqui ut sit Eψ atque sit ut nobis Cε atque ut sit nobis G atque ut de nobis τ || sana L 5 cumque libent A || alii CDEFGLNPε || lacererataque τ tela B || relinquunt ε 6 lacere A salue τ 7 pietas igitur Dτ p. igiturque G || agnoscimus D 8 fuge A || mea *coni. H.* 10 iactaque percusse A turbaque percusso uincta ~~tacere~~ (pauere) solet B percussa τ 11 uenture—ruine A 12 ipse E 13 ex P || uitet Fψ || egri A 17 pietas illis ε || uolũptas [p *in ras.*] P

2, 4 e nobis *HM* 5 alii *H*

defuit: aduersos extimuere deos.
utque magis cauti possint timidique uideri,
sic adpellari non meruere mali.
aut meus excusat caros ita candor amicos,
utque habeant de me crimina nulla, fauet.
sint hi contenti uenia, iactentque licebit
purgari factum me quoque teste suum.
pars estis pauci melior, qui rebus in artis
ferre mihi nullam turpe putastis opem.
tunc igitur meriti morietur gratia uestri,
cum cinis absumpto corpore factus ero.
fallor, et illa meae superabit tempora uitae,
si tamen a memori posteritate legar.
corpora debentur maestis exsanguia bustis,
effugiunt structos nomen honorque rogos.
occidit et Theseus et qui comitauit Oresten,
sed tamen in laudes uiuit uterque suas.
uos etiam seri laudabunt saepe nepotes,
claraque erit scriptis gloria uestra meis.
hic quoque Sauromatae iam uos nouere Getaeque,

---

extimuere3
18 extimuisse A sed timuere ψ pertimuisse β 19 possit A possunt
possunt2 sunt2 uocari2 l' uideri
βCD possent F possint cauti L || uideri β uocari CDEG uocari L || utque nimis *coni. H. prob. Bentlei.* 21 aut AB at meus [$\beta\varepsilon$]CDEFLP et meus GN ut meus τ || caros mihi *coni. H.* 22 habeat B || ex me τ || faueort B facit CDEFGLNε cauet τ *uersus a 19 usque ad 22 uix recte se habent: intercidisse uidentur nonnulla* 23 sint hac E || sientque A
fugiant
fugiaque B ueniant ε fugiantque β^3DFGLNP signentque CH signesque *Merkel praef. ad fast. p. LX.* scierintque *M.* iuuentque (?) *Bentlei.* iactentque *scripsi.* 25 pauci potior ψ || arctis β istis N 26 putatis CDEGL
a2
putetis F putetis β 27 nunc B gloria ψ uestrei F 29 fallor AβBCDEFGLNP [*cf. epp. VII, 35*] fallor an *Bentlei.* fallar τ *H.* || superabat A || uite A || illa *a man. altera in* itta *deprauatum* L 30 sic tamen β
exsanguia
31 mestis A onestis [ones *in ras.*] L || exanguia B examina ε bustis ex. maestis D 32 et fugiunt P || rogo[s2] L 33 thereus G 34 landes B 35 etenim τ || sepe A 36 l' gratia τ 37 hoc quoque AB hac P || sauromate — geteque A || uos iam τ

---

19 possunt *H* 21 at *H* 23 sint hac *H* signentque *H* scierintque *M* 29 fallar *HM*

et tales animos barbara turba probat.
cumque ego de uestra nuper probitate referrem, —
nam didici Getice Sarmaticeque loqui —
forte senex quidam, coetu cum staret in illo,
reddidit ad nostros talia uerba sonos:
'nos quoque amicitiae nomen bone nouimus hospes,
quos procul a uobis pontus et Hister habet.
est locus in Scythia, — Tauros dixere priores —
qui Getica longe non ita distat humo.
hac ego sum terra — patriae nec paenitet — ortus:
consortem Phoebi gens colit illa deam.
templa manent hodie uastis innixa columnis,
perque quater denos itur in illa gradus.
fama refert illic signum caeleste fuisse:
quoque minus dubites, stat basis orba dea.
araque, quae fuerat natura candida saxi,
decolor adfuso tincta cruore rubet.
femina sacra facit taedae non nota iugali,
quae superat Scythicas nobilitate nurus.
sacrifici genus est, — sic instituere parentes —
aduena uirgineo caesus ut ense cadat.
regna Thoans habuit Maeotide clarus in ora

38 terra G **40** non didici A || scythice τ || sauromateque ψ **41** sorte B || cum coetu Cψ **42** reddit B **43** amicitia A || bene CDEFGLNP **44** a nobis Lβ || quos procul a uobis habet A quos pr. a u. (nobis β) pontus et ister habet β *pr. Medic.* a uobis ultimus orbis h. Bψ altera terra tenet N geticus orbis h. O barbara terra tenet Cψ frigidus Ister habet Dψ ultimus orbis l' frigidus Ister l' diuidit Ister aquis E diuidit hister aquis FLψ alter et orbis habet G frigidus axis h. Pεψ procul a patria barbara tellus habet τ **45** *incipit nou. epistolam adscripta sententia* 'fabula' β || incythia A scytia B **46** non bene D **47** patrie nec penitet A nec pe[nl]rutet B non Dεψ **48** consortis τ || de[a2]um F **49** innexa C inmissa ε enixa τ subnixa τ **51** illis ε[2] illuc τ **52** magis [minus] F || dubitas G || hasis A **53** que A **54** discolor C || adfuso A effuso Dψ a fuso βNψ as effuso G affuso BCEFLP || cruore [cru *in ras.*] *fuit* colore L **55** taeda DFGLN thedā B || l' nupta E nupta ψ nata *coni. H.* **56** scyticas B **57** parentes AβBCDEεFGLNP [*cf. Verg. A. VI 223. Heins. ad met. XIV 104*] priores ψ **58** ut hoste L **59** thans A thoas CDEFGLNP[βε] || in eotide A meocide P || notus C || hora B

43 bene *H* 44 frigidus Ister *H* ultimus orbis *M* 57 priores *HM*

nec fuit Euxinis notior alter aquis.
sceptra tenente illo liquidas fecisse per auras
  nescio quam dicunt Iphigenian iter,
quam leuibus uentis sub nube per aequora uectam
  creditur his Phoebe deposuisse locis.
praefuerat templo multos ea rite per annos
  inuita peragens tristia sacra manu:
cum duo uelifera iuuenes uenere carina
  presseruntque suo litora nostra pede.
par fuit his aetas et amor. quorum alter Orestes,
  ast Pylades alter — nomina fama tenet —
protinus inmitem Triuiae ducuntur ad aram
  euincti geminas ad sua terga manus.
spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
  ambiat ut fuluas infula longa comas.
dumque parat sacrum, dum uelat tempora uittis,
  dum tardae causas inuenit ipsa morae,
"non ego crudelis, iuuenes. ignoscite!" dixit
  "sacra suo facio barbariora loco:
ritus is est gentis. qua uos tamen urbe uenitis?
  quodue parum fausta puppe petistis iter?"

---

60 non est F || exanimis ε euxinis (euxinis *supra*) *fuit* euximis F || 61 liquida B || tenues τ || ficisse A 62 dicant B || effigenian D ephig(e)in///n (a2) F epiphanian β 63 per aequora AβCDFGLP *pr. Medic.* per eq(o)η B per aera EN aethera τ 64 creditus A || is phebe B || depossuisse A destituisse ψ 65 prefuerat A || multos templo L multos templis Dτ || haec ψ 66 manus B 67 ueligera B ue-loci τ ueliuola *coni. H.* || ueneř carina. *hic explicit* A *cetera desunt.* 70 ast pilides alter β ast pylades alter B ast alter pylades Dψ alter et est p. Gψ est alter p. L est pilades alter P alter erat p. CEFN 71 inuitus τ || aras ε[2] 72 et uincti G || post sua EGψ 73 sparsit CF || captas P || lestri (ω) graia B 74 ambit ut τ || et hinc flauas ψ || insula B 75 sacris τ uitis P 76 tardat L || illa CDFεψ repperit illa τ usque τ 77 sacra sui facio barbara more loci *coni. H.* suos B 79 genti *coni. H.* || ritus ıſτ ē B (*τ tam euanidum ut a scriba deletum uideatur*) || uenistis FNε 80 quodue βBCDG [*sc. ut huc delati sitis*] quoue ENPψ quoque L q////ue (a2) F quaue ψ quaque ψ quique τ quidue *coni. H.* || pupe B

---

63 per aëra *M* 70 alter erat Pylades *HM* 76 usque morae *H* 80 quoue *HM*

dixit et audito patriae pia nomine uirgo
  consortes urbis conperit esse suae.
"alteruter uotis" inquit "cadat hostia sacris,
  ad patrias sedes nuntius alter eat."
ire iubet Pylades carum periturus Oresten,
  hic negat, inque uices pugnat uterque mori.
extitit hoc unum quo non conuenerit illis,
  cetera par concors et sine lite fuit.
dum peragunt iuuenes pulchri certamen amoris,
  ad fratrem scriptas exarat illa notas.
ad fratrem mandata dabat: cuique illa dabantur, —
  humanos casus aspice! — frater erat.
nec mora, de templo rapiunt simulacra Dianae
  clamque per inmensas puppe feruntur aquas.
mirus amor iuuenum, quamuis abiere tot anni,
  in Scythia magnum nunc quoque nomen habet.'
fabula narrata est postquam uulgaris ab illo,
  laudarunt omnes facta piamque fidem.
scilicet hac etiam, qua nulla ferocior ora est,
  nomen amicitiae barbara corda mouet.
quid facere Ausonia geniti debetis in urbe,

---

81 patrie|ia B patrio (✝ patrie) L patriae cognomine *β* **82** repperit L *ed. pr.* *ψ* **83** alter ut e uobis *β*BCDE*ε*GLNOP alter et e uobis F alteruter uotis *em. H.* ‖ inquid P **84** nuncius B noncius F **85** carum pylades D ‖ moriturus *ετ* ‖ oresten *τ* *H.* orestem *π* **86** uices *β*DFGLNP*ω* uicem BCE **87** exstitit B excitit (ſt2) F ‖ quo *β* *et coni. H.* quod *π* ‖ conuenerit (a2) F conuenerat DN*ε* **88** pars *β*CDE*ε*FGLN par *ex codd. Naugerius* ‖ consors GLE*pr. u. l.ψ* ‖ sine labe E*pr. u. l.*FL*ψ* **89** pulchri iuuenes C *et duo alii H.* pulcri B ‖ certamine G ‖ honoris B *et Barberin.* **90** patres D ‖ egerit D egerat O fecerat N **93** rapuit *τ* **94** claraque (clamque2) L ‖ pupe B **95** magnus *τ* dulcis *τ* ‖ abiere *om.* B ‖ annis CDL **96** scytia nunc (|magnum) B sicia F ‖ nomen *om.* *β* ‖ habent *β*BCDE*ε*FGLN habet P?*ψ* *ed. pr. H.* **97** narratur *τ* **99** hoc (a) B hic *edd. uett.* beatior *ε*[2] ‖ ora est *β* hora est BCDEFGL*ε*NP est *om.* *ψ* *H. restituit Weise* **100** amicie B ‖ mouent *β* mou///t (i2) F **101** gentes N

---

86 uicem *HM* 87 quod *M* 89 pulchri iuuenes *HM* 99 ferocior, ora *HM*

cum tangant diros talia facta Getas?
addc quod est animus semper tibi mitis et altae
indicium mores nobilitatis habent,
quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor,
quos Numa maternus non neget esse suos,
adiectique probent genetiua ad nomina Cottae,
si tu non esses, interitura domus.
digne uir hac serie, lapso succurrere amico
conueniens istis moribus esse puta!

---

3. Si uacat exiguum profugo dare tempus amico,
o sidus Fabiae, Maxime, gentis ades,
dum tibi quae uidi refero, seu corporis umbra,
seu ueri species, seu fuit ille sopor.
nox erat et bifores intrabat luna fenestras,
mense fere medio quanta nitere solet.
publica me requies curarum somnus habebat,
fusaque erant toto languida membra toro:
cum subito pinnis agitatus inhorruit aer,
et gemuit paruo mota fenestra sono.
territus in cubitum releuo mea membra sinistrum,
pulsus et e trepido pectore somnus abit.
stabat Amor, uultu non quo prius esse solebat,

---

102 duros FLNPψ 103 animus longe B *cod. Fesch.* ψ || alte B || mihi mitis G mittis F 104 iudicium Gψ || nobilitatatis F || habet τ [usus2] 105 ualesus βB*pr. Medic.*Gψ uolesus CDELNP uolesus F ualisos τ ualerus τ 106 maternis *coni. Bentlei.* || negat βLεPψ 107 l' adiunctique τ || probant BG probeat P || abiectique probet *coni. Bentlei.* genita [ui2] F || agnomina ψP *edd. uett.* || cocte P cotae G 108 illa non esset C 109 lasso BGL

III, 3 Fabio Maximo β Ad Maximum B Maximo amicosuo E hanc epistolam mittit maximo P 1 iuuat τ 3 dummodo τ || quod τ || refero βBCDEεFGLP referam Nψ *H.* || úmbra est *edd. uett.* umbram C 6 in medio E quanta fere medio mense P 7 alebat τ 8 thoro B 9 pinnis *M.* pennis π || aether DO 10 l' sonuit E ingemuit ε || prono τ || parua [mota 2] F tota B 12 a trepido ψ 13 non quo uultu L || ore [esse2] F

2, 104 habet *H* 3, 3 referam *HM*

fulcra tenens laeua tristis acerna manu,
nec torquem collo nec habens crinale capillo,
nec bene dispositas comptus, ut ante, comas.
horrida pendebant molles super ora capilli,
et uisa est oculis horrida pinna meis:
qualis in aeriae tergo solet esse columbae,
tractantum multae quam tetigere manus.
hunc simul agnoui, — neque enim mihi notior alter —
talibus adfata est libera lingua sonis:
'o puer, exilii decepto causa magistro,
quem fuit utilius non docuisse mihi,
huc quoque uenisti, pax est ubi tempore nullo,
et coit astrictis barbarus Hister aquis?
quae tibi causa uiae, nisi uti mala nostra uideres?
quae sunt, si nescis, inuidiosa tibi.
tu mihi dictasti iuuenalia carmina primus:
adposui senis te duce quinque pedes.
nec me Maeonio consurgere carmine, nec me
dicere magnorum passus es acta ducum.
forsitan exiguas, aliquas tamen, arcus et ignis
ingenii uires conminuere mei.
namque ego dum canto tua regna tuaeque parentis,
in nullum mea mens grande uacauit opus.

---

14 fulua tenens (1;) B fulua O? fulcra β^1 *Vatic. pr. et e coni. Scaliger.* sceptra BDEFGLNPε || acra (m2) L acerba D acerua P 15 non torq. C || neque habens BL || capillo βBCDEFGLNPε capillis *ed. Gryph. H.* 16 compositas ψ || cultus τ 17 squallida pendebant *coni. H.* || humida G || penna π pinna *M.* || barba τ || 20 tractatam βBCDEεFGLNP tractantum *exc. Politiani* ψ *H.* || didicere ψ 21 nec N || mihi *om.* P 22 affata B effata C 24 que fuit B quem foret ψ || didicisse (✝ docuisse2) L coluisse (docuisse) ε 25 quo pax est τ est *om.* B 26 ///ister B 27 nisi uti mala βCDLNP nisi ut haec B *M.* nisi ut m. F nisi ne ut m. G nisi quod m. Eψ num quod τ || nostra leuares L²Oψ 28 ī indiosa B 29 l' primum E || iuuenalia βBψ iuuenilia CDEFGLNP 30 te quoque B 31 non me B [*cf. II, 4, 27*]ψ 32 deum τ uirum τ 33 aliqua β^1 aliquas β^2 || ignis et arcus L ignis βCGVPω 35 nam quoque dum G || tua facta L 36 nullo β^1 nullum β^2

---

15 capillis *HM* 18 humida *H* 27 ut haec *M* 29 iuuenilia *H*

nec satis hoc fuerat. stulto quoque carmine feci,
  artibus ut posses non rudis esse meis.
pro quibus exilium misero mihi reddita merces,
  id quoque in extremis et sine pace locis.
at non Chionides Eumolpus in Orphea talis,
  in Phryga nec Satyrum talis Olympus erat,
praemia nec Chiron ab Achille talia cepit,
  Pythagoraeque ferunt non nocuisse Numam.
nomina neu referam longum conlecta per aeuum,
  discipulo perii solus ab ipse meo.
dum damus arma tibi, dum te, lasciue, docemus,
  haec te discipulo dona magister habet.
scis tamen, ut liquido iuratus dicere possis,
  non me legitimos sollicitasse toros.
scripsimus haec illis, quarum nec uitta pudicos
  contingit crines nec stola longa pedes.
dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas
  et facere incertum per mea iussa genus,
an sit ab his omnis rigide submota libellis
  quam lex furtiuos arcet habere uiros?

---

† satis
37 satis id Fψ *H.* hoc βBCDEGLεNP nec tamen hoc V || stulto
† stultus
quoque carmine βBL stultus quoque carmina CDEFGNεP studio quoque carmina V 38 possis CPVψ 39 misero est β durum mihi *edd. uett.* || reddere β^1 reddita β^3 40 his quoque G || idque in P 41 at non crudes B at non chionides βCDEGN at non echionides Lψ at nec echionides ψ at non eonides FP edonides *scr. M.* elides ε^2 || eumorpheus F eumolphus LP eupolpus morphea β 42 friga B || non τ || olimpus B 43 chiro ab achylle B achille βFLNPV achilli CDF$^2\psi$ achilla Eψ || sumpsit l' cepit V 44 phitagoreque B pictaroreque P || numan B 45 nec CFLP ue N$\varepsilon\psi$ ne l' nec V [quid E] || collata τ 47 dum tendere tela docemus B tenemus L 48 de te haec N haec de disc. ψ || discipule β 49 tamen ut B t. et βCDEFGLNP || liquide E ||
legitimos 2
posses GV *pr. u. l.* 50 me non N || ~~sollicitos~~ L || thoros B 51 hoc Fψ || illis βBCDEFGLNP istis $\varepsilon\tau$ *H.* || uita B 52 contingat ε contingunt C contingunt l' contingit V contigerit EFψ attingit ψ attigerit ψ [constringit τ] 53 haec quando BGP hoc quando LN hoc l' en E et quando β oquando D heu q. V || didicisti l' docui te EL$^2\psi$ 55 absit Bψ || summota l' sublata V 56 legitimos N || suadet CL^2 ha-
uiros
bere thoros L$^2\psi$ thoros F

---

37 id *HM* stultus q. carmina *H* 41 Edonides *M* 43 Achilli *HM* 51 istis *HM*

quid tamen hoc prodest, uetiti si lege seuera
credor adulterii conposuisse notas?
at tu — sic habeas ferientes cuncta sagittas,
sic numquam rapido lampades igne uacent:
sic regat inperium terrasque coerceat omnes
Caesar, ab Aenea est qui tibi fratre tuus —
effice, sit nobis non inplacabilis ira,
meque loco plecti commodiore uelit.'
haec ego uisus eram puero dixisse uolucri,
hos uisus nobis ille dedisse sonos:
'per mea tela, faces, et per mea tela, sagittas,
per matrem iuro Caesareumque caput,
nil nisi concessum nos te didicisse magistro,
Artibus et nullum crimen inesse tuis.
utque hoc, sic utinam defendere cetera posses!
scis aliud quod te laeserit esse magis.
quicquid id est, — neque enim debet dolor ipse referri —
non potes a culpa dicere abesse tua.
tu licet erroris sub imagine crimen obumbres,
non grauior merito uindicis ira fuit.
ut tamen aspicerem consolarerque iacentem,
lapsa per inmensas est mea pinna uias.
haec loca tum primum uidi, cum matre rogante
Phasias est telis fixa puella meis.

---

57 q. t. his prodest uetitis mihi B 58 credar D$\beta^2\varepsilon$ l' dicor E || comp. nefas τ 60 lampadas V 61 imperio *coni. H. cll. mett. II, 370* 62 ab enea est βBCDEFN est *om.* GLP || $\overset{\text{nepos}^2}{\text{tuus}}$ β tuus BCPOV$^1\psi$ nepos DEFGLV *pr. u. l.* 64 uelit plecti c. loco D plecti l' proici V poni τ || meque in loco F 65 hoc τ 66 uisos B 67 sagittae C 68 per uenerem τ 69 nil mihi B || consensum—dedisse ε^2 dedicisse F 71 cetera defendere L || l' possem E possim l' posses V possim ψ || defendi c. possent *coni. H.* 72 aliquid EGV *pr. u. l.* ψ || laeserat G 73 nec CFψ || ipse βDψ isto V ille *ceteri* || fateri B uocari τ 74 nec potes β || liber abesse ψ liber adesse τ libera esse τ ab$\overset{c^2}{\text{i}}$sse F 75 horroris B 76 iudicis $\beta\varepsilon$Vψ principis τ || ra ira F 78 lapsaque ε || mihi *ex duobus codd. H.* || pinna *M.* penna π 79 tunc CDEFGLVψ || marte F^1 matre F^2 || petente τ iubente τ

---

62 nepos *HM* 73 ille *HM* 78 mihi *HM*

quae nunc cur iterum post saecula longa reuisam,
tu facis, o castris miles amice meis.
pone metus igitur: mitescet Caesaris ira,
et ueniet uotis mollior hora tuis.
neue moram timeas, tempus quod quaerimus instat,
cunctaque laetitiae plena triumphus habet.
dum domus et nati, dum mater Liuia gaudet,
dum gaudes, patriae magne ducisque pater:
dum sibi gratatur populus, totamque per urbem
omnis odoratis ignibus ara calet,
dum faciles aditus praebet uenerabile templum,
sperandum est nostras posse ualere preces.'
dixit et aut ille est tenues dilapsus in auras,
coeperunt sensus aut uigilare mei.
si dubitem, faueas quin his, o Maxime, dictis,
Memnonio cycnos esse colore putem.
sed neque mutatur nigra pice lacteus umor,
nec quod erat candens fit terebinthus ebur.
conueniens animo genus est tibi: nobile namque
pectus et Herculeae simplicitatis habes.

---

81. 82 *uersus ab alia manu orae codicis β additi.* 81 que cur nunc B quae loca nunc G cur *om.* F tunc l' cur V || o iterum τ || reuisem B reuisam [e] F 82 Vu facis F facis hoc C || amate ψ 83 mitescit G mitescat ε^2 || principis ψ || cesatis [ri] cesaris [ira] F 84 eueniet F || uentis N uelis E || dulcior τ || ora B ///ra *corr.* ora V aura LNPψ mollior hora meis O 85 moras τ || quod tempus ψ 86 leticie B letitia P 87 DCum B || gaudet [es] F lunagaudet B 88 ducumque Eεψ 89 tibi FE?ψ *H.* 90 adoratis CF^{1}εGLNPVψ 91 dum fac. ad praebet β *pr. Medic.* L praebet fac. aditus BεCDEFNP faciles praebet aditus G || tempus BCDEFGLNP templum [β] *edd. uett. fortasse scrib.*: numen 92 sperandum est βCDEFGLNP est *om.* B *H. is quidem cod. Vossianum recentissimum secutus.* 93 delapsus βCDFL^{2}ε || ut ille ε aut tenues ille del. L aut tenues ille est τ 94 eperunt B || coepere aut sensus peruigilare τ 95 at ε || faueas quin his βBCDEFGPN quin his faueas L *H.* 96 emnonio cignos B mennonio F menoueo ε meonio [meonis] L (*schol. marg.*: memnonio) memonio P || pute B putem [l' puto2] L 98 therebinthus B 99 *sic distinxit H.*

---

89 tibi *HM* 92 est *om. HM* 95 quin his faueas *HM*

liuor, iners uitium, mores non exit in altos,
utque latens ima uipera serpit humo.
mens tua sublimis supra genus eminet ipsum,
grandius ingenio nec tibi nomen inest.
ergo alii noceant miseris optentque timeri,
tinctaque mordaci spicula felle gerant:
at tua supplicibus domus est adsueta iuuandis,
in quorum numero me, precor, esse uelis.

---

4. Haec tibi non uanam portantia uerba salutem
Naso Tomitana mittit ab urbe tuus,
utque suo faueas mandat, Rufine, Triumpho:
in uestras uenit si tamen ille manus.
est opus exiguum uestrisque paratibus inpar:
quale tamen cumque est, ut tueare rogo.
firma ualent per se nullumque Machaona quaerunt:
ad medicam dubius confugit aeger opem.
non opus est magnis placido lectore poetis,
quamlibet inuitum difficilemque tenent.
nos, quibus ingenium longi minuere labores,
aut etiam nullum forsitan ante fuit,
uiribus infirmi uestro candore ualemus:
quem mihi si demas, omnia rapta putem.
cunctaque cum mea sint propenso nixa fauore,
praecipuum ueniae ius habet ille liber.

---

101 uicium B || transit D || in istos *e coni. H.* **102** uippera B || repsit V **103** genus supra L || imminet G **104** adest C **107** ut tua V tuosa F || suplicibus B simplicibus G || assueta B ıuandis [i *primum in ras.*] F

III, 4 Rufino βV Ad Rufinum B Rufino amico suo E hanc epistolam mittit Rufino P **1** t uerba F || salute B **3** libello *edd. uett. nonnullae* **4** inuitas C **5** uastisque τ *H.* nostrisque N **6** utque tuere B quod tueare L || precor P **7** machina B machona L (*schol. marg.*: machaona) **9** est ∃ magnis B **10** quemlibet βBDEFGLNP quamlibet CVψ *Gruter.* || timent B **14** quid B quod βLV *pr. u. l.* τ quod[c2] F || si do[m]pıas B || rupta C dempta FN l' deesse E || putes C **15** sunt DEG **16** praecipue[um] — fuit[habet] β

---

101 in istos *H* 4, 5 uastisque *H*

spectatum uates alii scripsere triumphum:
  est aliquid memori uisa notare manu.
nos ea uix auidam uulgo captata per aurem
  scripsimus, atque oculi fama fuere mei.
scilicet adfectus similis aut inpetus idem
  rebus ab auditis conspicuisque uenit:
nec nitor argenti, quem uos uidistis, et auri
  quod mihi defuerit purpuraque illa queror:
sed loca, sed gentes formatae mille figuris
  nutrissent carmen proeliaque ipsa meum,
et regum uultus, certissima pignora mentis,
  iuuissent aliqua forsitan illud opus.
plausibus ex ipsis populi laetoque fauore
  ingenium quoduis incaluisse potest:
tamque ego sumpsissem tali clamore uigorem,
  quam rudis audita miles ad arma tuba.
pectora sint nobis niuibus glacieque licebit
  atque hoc quem patior frigidiora loco:
illa ducis facies in curru stantis eburno
  excuteret frigus sensibus omne meis.
his ego defectus, dubiisque auctoribus usus,
  ad uestri uenio iure fauoris opem.
nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum
  nomina: materiam non habuere manus.

---

18 scripta l' uisa V || tenere D 19 uulgi *edd. uett.* || spectata FGLτ || auram B 20 uidimus BCELNV *pr. u. l.* Vroimus P (scripsimus 2) scripsimus β *corr.* DFGVψ 21 similis βFGNτ similes *ceteri* || aut L (l' haut 2) atque τ || isdem F 23 uidistis L (captastis 2) 24 defuerint PτH defuerat ψ 25 uel gentes CDFGLNPε uel l' sed V 27 gentis βBCDEFGLεNPω mentis l' gentis V mentis *codices Fabricii.* [*cf. trist. IV, 2, 23 sq.*] 28 iussissent β[1] iuuissent β[2] || ope Cψ 29 ex illis L || populique F 31 iamque B || clangore VH clangore l' clamore D uigorem *om.* L[1] *addidit* L[2] 32 tubam B 33 niuibus nobis D 34 quo potior τ 35 ista F 36 excutiat C || ille l' omne V ossibus omne τ 37 is ego V || defunctus D deceptus ψ deficiens ψ || dubiis actoribus N actoribus ε dubiusque G 39 haec tibi C || laborum V[1] 40 uix hab. τ *H.* || me . an' (manus) F

---

22 uenit? *HM* 31 clangore *H* 40 uix *H*

pars quota de tantis rebus, quam fama referre
aut aliquis nobis scribere posset erat?
[quo magis, o lector, debes ignoscere, si quid
erratum est illic praeteritumue mihi.]
adde quod adsidue domini meditata querellas
ad laetum carmen uix mea uersa lyra est.
uix bona post tanto quaerenti uerba subibant,
et gaudere aliquid res mihi uisa noua est.
utque reformidant insuetum lumina solem,
sic ad laetitiam mens mea segnis erat.
est quoque cunctarum nouitas carissima rerum,
gratiaque officio, quod mora tardat, abest.
cetera certatim de magno scripta triumpho
iam pridem populi suspicor ore legi.
illa bibit sitiens lector, mea pocula plenus:
illa recens pota est, nostra tepebit aqua.
non ego cessaui, nec fecit inertia serum:
ultima me uasti sustinet ora freti.
dum uenit huc rumor properataque carmina fiunt
factaque eunt ad uos, annus abisse potest.
nec minimum refert, intacta rosaria primus,
an sera carpas paene relicta manu.

---

41 quas ψ || referret N loquatur ε^2 42 aliquis β^1 aliter β^2 aliquid ψ || possit GPψ 43. 44 *uncis inclusi cf. trist. II, 263 sq. 277 sq.* 43 quod magis β 45 assidue — querelas βDFεVGLψ assiduas — querelas Bψ assidue — querelam Eψ assiduo — querelam N assiduam — querelam CP || meditataı [ı *in ras.*] B 46 uix mea musa uenit τ lyra (c) uersa (l') P lira B 47 bene τ || tantum EGNψ tanta P tandem D uix m (1) post tanto bona L quaerenti. tanto post τ plus tanto τ tantos τ 50 leticiam B || spes τ 51 gratissima E *pr. u. l.* FGN nouisstas calidissima (l' gratissima2 l' carissima2) L calidissima β^1P 52 segnis abest B || tradat (ar) F 54 supicor F || iam quidem P populi pridem τ || esse (ore2) F 55 bibit l' leget V || siciens B lector sitiens ψ || mea carmina F 56 pota (o) B posita L || tepescit ψH tepebat L 57 inherciam inhercia F 58 ultima quod Cτ || summouet D || hora B 59 hic D 61 nec nimium l' minimum Vψ || distat τ differt τ || rosaria (a) B || primum N 62 carpat B || poma relicta ψ

---

45 assiduam — querelam *H* assiduas — querellas *M*. 56 tepescit *H*

quid mirum, lectis exhausto floribus horto
si duce non facta est digna corona suo?
deprecor, hoc uatum contra sua carmina ne quis
dicta putet: pro se Musa locuta mea est.
sunt mihi uobiscum communia sacra, poetae,
in uestro miseris si licet esse choro,
magnaque pars animae mecum uixistis, amici:
hac ego uos absens nunc quoque parte colo.
sint igitur uestro mea commendata fauore
carmina, non possum pro quibus ipse loqui.
scripta placent a morte fere, quia laedere uiuòs
liuor et iniusto carpere dente solet.
si genus est mortis male uiuere, terra moratur
et desunt fatis sola sepulcra meis.
denique opus curae culpetur ut undique nostrae,
officium nemo qui reprehendat erit.
ut desint uires, tamen est laudanda uoluntas:
hac ego contentos auguror esse deos.
haec facit, ut ueniat pauper quoque gratus ad aras,
et placeat caeso non minus agna boue.
res quoque tanta fuit, quantae subsistere summo
Aeneïdos uati grande fuisset onus.
ferre etiam molles elegi tam uasta triumphi

---

63 sertis exh. τ || orto B 64 facta digno corona suo est L 65 hoc βBDEF[2]GLεNψ o F[1] haec CP || uat//// (um[2]) F uates ψ uotum τ 66 loquta B || sua (mea[2]) F sua N 67 nobiscum P 68 l' miseros E || thoro F[1] choro F[2] loco V[1] choris ε[2] 69 animo βBCψ animi DEFGLNP animae ψ *H.* 70 nunc absens uos DG 71 sunt l' sint V || commendanda V*pr. u. l.*ψ || fauore βBCDEFGL[1]εN fauori PL[2]τ *H.* 72 nec F || possim C 73 sed laedere G 74 ~~inusto~~ (iniusto[2]) L inuicto ψ 76 sepulcra B 77 *sic* βBCDEεFNPVω cure curetur (culpetur.) — nostre L denique culpetur ut opus curae undique nostrae G culpae — nostrae τ 78 reprehendit P 79 tamen haec τ tamen et τ || laudata G uolũptas F 80 suspicor DPψ 81 gratus quoque pauper L gratam quoque gratus F || aram Gψ horas[s] (a) F 82 placet τ 83 quam te G || somno B l' magno Eψ 84 aeneados τ iliadis *coni. H. Oberlin. cf. Luc. Mueller de re metr. p. 247*

---

65 haec *HM* 71 fauori *HM* 77 nostrae — curae *HM*

pondera disparibus non potuere rotis.
quo pede nunc utar, dubia est sententia nobis:
alter enim de te, Rhene, triumphus adest.
inrita uotorum * non sunt praesagia uatum:
danda Ioui laurus, dum prior illa uiret.
nec mea uerba legis, qui sum submotus ad Histrum,
non bene pacatis flumina pota Getis:
ista dei uox est, deus est in pectore nostro:
haec duce praedico uaticinorque deo.
quid cessas currum pompamque parare triumphis,
Liuia? dant nullas iam tibi bella moras.
perfida damnatas Germania proicit hastas:
iam pondus dices omen habere meum.
crede, breuique fides aderit. geminabit honorem
filius et iunctis ut prius ibit equis.
prome quod inicias umeris uictoribus ostrum:
ipsa potest solitum nosse corona caput:
scuta sed et galeae gemmis radientur et auro,
stentque super uinctos trunca tropaea uiros:
oppida turritis cingantur eburnea muris,
fictaque res uero more putetur agi.
squalidus inmissos fracta sub harundine crines

---

86 modis D 87 utor β pede non utæ B non utar P || est *om.* ψ 88 pene P || erit C 89 uotorum βBCDGLεNV *Medic. pr.* uotorum P (l' uerorum) notorum Fψ magnorum Eψ nostrorum τ uerorum *ex codd. Naugerius. Weise.* motorum *coni. H.* 90 ioui est B || prius D || uiret β *corr.* uitet F || illa tua est B 91 semotus N || sub histro B ab istro βV *pr. u. l.* ad istri D 92 placatis CNP paccatis F || fulmina ε^2 || nota τ 94 hac B hoc EFGN quo C || praedicto [t *in ras.*] F 95 currus ψ aurum τ || pompasque E || triumpho Cψ 96 dant nullas iam βCEFGLεNPV iam nullas dant BD *Feschii cod. H.* || dat τ 97 dampnatas germanica B 99 diuque ε dies τ || honores Bεψ || aderit *om.* B 101 inicis β^1 inicias β^2 incipias ε^2 || uictricibus ψ 102 potes τ 103 scutaque ε || radiantur $\beta\varepsilon^2\psi$ radientur β *corr.* 104 stantque ε || uinctos β^1 *Medic. pr.* iunctos Lψ uictos β^2BCDEεGNP uistos (c) F || sacra D iuncta EP fracta τ || trophea B 105 opida L || pingantur τ 106 factaque V 107 callidus F || immittat DEFGLN immutat ε immictat P || facta N fractos F || crinem G ripas D

---

89 uerorum *H* motorum *M* 96 iam nullas dant *HM* 104 uictos *M*

Rhenus et infectas sanguine portet aquas.
barbara iam capti poscunt insignia reges
textaque fortuna diuitiora sua:
et quae praeterea uirtus inuicta tuorum
saepe parata tibi, saepe paranda facit.
di, quorum monitu sumus euentura locuti,
uerba, precor, celeri nostra probate fide!

---

5. Quam legis, unde tibi mittatur epistola, quaeris?
hinc, ubi caeruleis iungitur Hister aquis.
ut regio dicta est, succurrere debet et auctor,
laesus ab ingenio Naso poeta suo.
qui tibi, quam mallet praesens adferre salutem,
mittit ab hirsutis, Maxime Cotta, Getis.
legimus, o iuuenis patrii non degener oris,
dicta tibi pleno uerba diserta foro.
quae quamquam lingua mihi sunt properante per horas
lecta satis multas, pauca fuisse queror.
plura sed haec feci relegendo saepe, nec umquam
non mihi quam primo grata fuere magis.
cumque nihil totiens lecta e dulcedine perdant,
uiribus illa suis, non nouitate placent.
felices, quibus haec ipso cognoscere in actu,

---

108 infestas (c) F infestas (infectas) ε || potet CDFGLε^2P potet l' portet E potat β *corr.* ε^1 109 capiti D || ponunt BD *pr. Medic.* ψ ponent εGN ponant Eψ poscant ψ 110 diuiciora B 111 uictus B || uirorum Fψ 113 dii B || merito β^1 monitu β^2 || haec uentura DεV^{2}L || loquuti B 114 probata B

III, 5 Cottae βV? AD COTTAM B Maximo Cottae E hanc epistolam mittit cocte P 1 quaeras ε 2 ister B 3 succedere τ || actor ELN 5 praesens mallet CF || quam uellet G || deferre C 6 irsutis B || cocta P 7 patriae non degener artis τ 8 tibi uasto O || deserta B deserta (i2) F 9 quamquam l' postquam E || sint FLψ 10 illa (pauca2) F parua G 11 sed unquam C scilicet unquam (saepe nec) ε 12 haec — magis O nec — magis C haec — minus DEFLεN non — minus ψ non — magis l' haec — minus V nunc minus G 13 nichil B ~~sua~~ lecta B sua totiens nichil (nil L) e (et C) dulcedine β^1CEGLNPω e *om.* $\varepsilon\psi$ lecta totiens dulcedine τ 14 lecta mihi toties pro nouitate ψ || ualent τ 15 hoc Gψ hos N

et tam facundo contigit ore frui!
nam quamquam sapor est adlata dulcis in unda,
gratius ex ipso fonte bibuntur aquae:
et magis adducto pomum decerpere ramo
quam de caelata sumere lance iuuat.
at nisi peccassem, nisi me mea Musa fugasset,
quod legi, tua uox exhibuisset opus.
utque fui solitus, sedissem forsitan unus
de centum iudex in tua uerba uiris,
maior et inplesset praecordia nostra uoluptas,
cum traherer dictis adnueremque tuis.
quem quoniam fatum patria uobisque relictis
inter inhumanos maluit esse Getas,
quod licet, ut uidear tecum magis esse legendo,
saepe, precor, studii pignora mitte tui,
exemploque meo, nisi dedignaris id ipsum,
utere, quod nobis rectius ipse dares.
namque ego, qui perii iam pridem, Maxime, uobis,
ingenio nitor non periisse meo.
redde uicem, nec rara tui monimenta laboris
accipiant nostrae, grata futura, manus.
dic tamen, o iuuenis studiorum plene meorum,
ecquid ab his ipsis admoneare mei.

---

16 loqui τ 17 allata βB allata [*pr.* l *in ras.*] F ablata CLP oblata *coni. H.* || fontis ε¹ dulcis ε² 18 dulcius D 19 abducto B admoto l' adducto V || discerpere D deducere ψ 21 mea *om.* F¹ *suppleuit* F² 22 legerem BDψ legi l' legerem E legimus ψ || exibuisset B 23 forsitan imus (ss² *supra*) τ 25 impleret [r *in ras.*] F || uoluntas G 26 contraherem G cum l' tum Vψ dum traherer N traherem τ || annueremque B 27 factum B patria fatum τ || patria uobisque βCDEεFGLNP uobis patriaque B 28 maluit [l *in rasura*] F 29 magis ille loquendo DOVψ loquendo β legendo l' loquendo E legenda *coni. H.* 30 mittere scripta tui B 31 mei CDψ mei l' meo V tuo (*supra* † meo²) F || dedigneris β²VDGFLNPψ ad ipsum ε *corr.* ad ipsum [a *in rasura*] P || id ipra F 32 dabis D 33 nobis β 34 *hic deficit B.* || mei L 35 nec parua ε 36 nostra L 38 ecquid l' ad quid V siquid F || ab his scriptis GN *ad marg.*

---

27 uobis patriaque *HM*

ecquid, ubi aut recitas factum modo carmen amicis,
aut, quod saepe soles, exigis ut recitent,
quaeror, et tua mens, oblita quid absit,
nescio quid certe sentit abesse sui?
utque loqui multum de me praesente solebas,
nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est?
ipse quidem Getico peream uiolatus ab arcu,
— et sit periuri quam prope poena, uides —
te nisi momentis uideo paene omnibus absens.
gratia dis, menti quolibet ire licet.
hac ubi perueni nulli cernendus in urbem,
saepe loquor tecum, saepe loquente fruor.
tum mihi difficile est quam sit bene dicere, quamque
candida iudiciis illa sit hora meis.
tum me, si qua fides, caelesti sede receptum
cum fortunatis suspicor esse deis.
rursus ubi huc redii, caelum superosque relinquo,
a Styge nec longe Pontica distat humus.

---

39 ecquid ubi at ε ecquibus aut CN equibus ~~aut~~ NL²V *pr. u. l.* EP ṇe² (c above) quibus aut F (*fuit* quid ubi) ecquid adhuc rec. G || carmen ad aures l' amicis V ecquibus ut *coni. H.* 40 solent L 41 queror ut interdum β quaeror et interdum V¹ interdum queritur mea mens V² queritur interdum L interdum queritur tua m. CDEGNP interdum queror ut ψ conqueror (queritur² above) interdum F || quod F¹ quid F² quaerit—quis *Bentley.* 42 sensit—tui *edd. uett.* 43 loqui loqui F || multum de me βCDELP de me multum GVψ || multo sermone NV *pr. u. l.* multū sinone (ꝉ praesente² above) [¯ *in ras.*] F 44 est *om.* β 46 per murum C || periurî(ii) *coni. Bentleius* 47 te ni in mom. β || uideam CEF²ψ 48 gratia menti β gratia sit (deo² above) DNPω gratia sit (diis² above) ε gr. quod EVψ gratia quod (sit² diis² above) F gratia dis *e cod. Vaticano Ciofanus* 49 hac βPVψ *Bersmann.* hanc CDEFGLN || nullis β 50 teque EPV¹ 51 tunc N dum D || quamquam D || sit mihi dicere F 52 illa sit hora βCDENV hora sit illa FGLε *H.* 53 tunc l' tum V tunc N tunc etiam si qua celesti L 54 deis l' uiris E uiris (deis² above) L 55 rursus ut huc τ *H.* huc *om.* LV caelum superosque τ || reliqui Nψ 56 non C

---

39 ecquibus ut *H* 41 interdum queritur *HM* 43 de me multum *HM* 52 hora sit illa *HM* 55 ut huc *H*

unde ego si fato nitor prohibente reuerti,
spem sine profectu, Maxime, tolle mihi.

6\. Naso suo, posuit nomen cui paene, sodali
mittit ab Euxinis hoc breue carmen aquis.
at si cauta parum scripsisset dextra, quis esses,
forsitan officio parta querella foret.
cur tamen, hoc aliis tutum credentibus, unus
adpellent ne te carmina nostra rogas?
quanta sit in media clementia Caesaris ira,
si nescis, ex me certior esse potes.
huic ego quam patior nil possem demere poenae,
si iudex meriti cogerer esse mei.
non uetat ille sui quemquam meminisse sodalis,
nec prohibet tibi me scribere teque mihi.
nec scelus admittas, si consoleris amicum
mollibus et uerbis aspera fata leues.
cur, dum tuta times, facis ut reuerentia talis
fiat in Augustos inuidiosa deos?
fulminis adflatos interdum uiuere telis
uidimus et refici non prohibente Ioue.
nec, quia Neptunus nauem lacerarat Vlixis,
Leucothee nanti ferre negauit opem.
crede mihi, miseris caelestia numina parcunt

57 inde G 58 tolle tui ε

III, 6 Ad amicum celato nomine βV Sodali E 1 suum Eψ || profuit nomen P posuit nomen βCFLεN nomen posuit DEGτ cui nomen ψ || qui paene βC qui l' cui V 2 eximiis F extremis τ 3 aut CD || quid Lψ || esset F 5 tantum credent. G 6 roges (a[2]) F 8 ex me si nescis N *Politian. excc. H.* 9 hinc ego NP || possum CEFGL[2]ε[1] 10 facti Dψ 11 nec negat ille N nec ε[2] || quiquam F 12 non FεN 13 admittes DF[2]LN || consolaris ψ 14 facta FψG uerba V[1] || leuas G leg(u)as F 15 cum tu tuta τ sed dum τ tam tuta ODψ cur tam tuta timens *coni. H.* 16 angustos V 17 afflictos L *Burmann. Harles.* adtactos τ afflatos (inflatos) *in marg.*: inflictos ε 19 laceraret C lacerauit ψ || obrueret G 20 leucotoe L leocotee P leucatheam nauti β 21 parent ψ

6, 1 nomen posuit *HM* 8 ex me si nescis *HM* 19 Ulyssis *H*

nec semper laesos et sine fine premunt.
principe nec nostro deus est moderatior ullus:
iustitia uires temperat ille suas.
nuper eam Caesar facto de marmore templo,
iampridem posuit mentis in aede suae.
Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet
qui poenam culpa non meruere pati.
obruerit cum tot saeuis deus aequoris undis,
ex illis mergi pars quota digna fuit?
cum pereant acie fortissima quaeque, uel ipso
iudice delectus Martis iniquus erit.
at si forte uelis in nos inquirere, nemo est,
qui se quod patitur commeruisse neget.
adde quod extinctos uel aqua uel Marte uel igni
nulla potest iterum restituisse dies.
restituit multos aut poenae parte leuauit
Caesar: — et in multis me precor esse uelit! —
at tu, cum tali populus sub principe simus,
adloquio profugi credis inesse metum?
forsitan haec domino Busiride iure timeres
aut solito clausos urere in aere uiros:
desine mitem animum uano infamare timore.
saeua quid in placidis saxa uereris aquis?
ipse ego quod primo scripsi sine nomine uobis,

---

22 laesos β *corr.* || grauant ψ 23 principe nec deus est nostro L 25 nuper enim ψ || factam C 26 cordis—sui τ 27 mittit C 28 pari *ex duobus codd. H.* || sua τ 29 obrueret G || saeuis cum tot ψ *H.* 30 quota F^2 cota F^1 31 uel (et2) P || sub ipso Nψ *Burmann.* 32 deletus DE *pr. u. l.* dilectus F^1PVψ || iniquus eat τ || 33 quaeris in eos *Bentlei.* (?) 34 promeruisse C || quam patitur τ || quin se *Bentlei.* 35 igne DFGNPV *pr. u. l.* 36 multa β nulla l' multa V una P 37 poenam Gψ ut (aut at) poenae ε 38 e multis τ multis l' multos V || precor esse uelit βCFNP uelit esse precor DEGLε 39 an *scripsit H.* at cum sub tali populus nos principe D 40 p///fugi F 41 hoc N || iura βCDFε *corr.* Vψ iuri? L 42 at G || qui F^2 || in igne Fτ 43 animam τ || informare ψ inflammare ψ 45 quod scripsi primo LN qui Gψ

---

28 pari *H* 29 saeuis cum tot *HM* 32 dilectus *H* 38 uelit esse precor *HM* 39 an tu *H*

uix excusari posse mihi uideor.
sed pauor attonito rationis ademerat usum,
cesserat omne nouis consiliumque malis.
fortunamque meam metuens, non uindicis iram,
terrebar titulo nominis ipse mei.
hactenus admonitus memori concede poetae,
ponat ut in chartis nomina cara suis.
turpe erit ambobus, longo mihi proximus usu
si nulla libri parte legere mei.
ne tamen iste metus somnos tibi rumpere possit,
non ultra quam uis officiosus ero.
teque tegam qui sis, nisi cum permiseris ipse:
cogetur nemo munus habere meum.
tu modo, quem poteras uel aperte tutus amare,
si res est anceps ista, latenter ama.

7. Verba mihi desunt eadem tam saepe roganti,
iamque pudet uanas fine carere preces.
taedia consimili fieri de carmine uobis,
quidque petam cunctos edidicisse reor.
nostraque quid portet iam nostis epistula, quamuis
cera sit a uinclis non labefacta suis.
ergo mutetur scripti sententia nostri,
ne totiens contra quam rapit amnis eam.

48 malis—nouis LVψ consiliumque nouis ceperat omne malis *Bentlei.* 49 mea meam F || principis Cψ caesaris DV *pr. u. l.* iudicis EFε uindicat iram principis O 51 sodali E *marg. Gryph.* 52 meis [suis] ε 53 erat [l] F || longe [ualde] β longae τ || cognitus CDE *pr. u. l.* Vψ 54 legere βCDEFGLNVε legare PV *pr. u. l.* 55 ille V || mihi VG 57 quis CFGLεVψ || nisi si τ || permiserit τ || ulli? C 59 aperto ε 60 illa E || ipse Gψ

III, 7 2 namque β iamque ε *corr.* 3 cum simili L || nobis Pψ 4 quodque τ || iam didicisse Eψ id didicisse rear L 5 nostra quid. apportet EGNP n. quid optaret C 6 cera β *excc. Politiani.* charta *reliqui codices* [*cf. IV, 1, 12*] || non resoluta τ irresoluta τ || meis LV *pr. u. l.* 7 cepti C nostri—scripti G 8 no [o *corr. in* e] F || annis F || eat G

54 legare *HM* 7, 6 charta *HM* 7 nostri s. scripti *H*

quod bene de uobis speraui, ignoscite, amici:
  talia peccandi iam mihi finis erit.
nec grauis uxori dicar, quae scilicet in me
  quam proba tam timida est experiensque parum.
hoc quoque, Naso, feres: etenim peiora tulisti.
  iam tibi sentiri sarcina nulla potest.
ductus ab armento taurus detractet aratrum,
  subtrahat et duro colla nouella iugo:
nos, quibus adsueuit fatum crudeliter uti,
  ad mala iam pridem non sumus ulla rudes.
uenimus in Geticos fines, moriamur in illis,
  Parcaque ad extremum qua mea coepit eat.
spem iuuat amplecti quae non iuuat inrita semper:
  et fieri cupias siqua futura putes.
proximus huic gradus est bene desperare salutem
  seque semel uera scire perisse fide.
curando fieri quaedam maiora uidemus
  uulnera, quae melius non tetigisse fuit.
mitius ille perit, subita qui mergitur unda,
  quam sua qui tumidis bracchia lassat aquis.
cur ego concepi Scythicis me posse carere
  finibus et terra prosperiore frui?

---

9 speramus P 10 peccanti ELψ sperandi N || iam modo F 11 ne EP || uxoris E uxoris [s *in ras.*] F 12 experiensque mei L proficiensque τ 13 hoc βCDELNω haec GFPV 14 iam mihi L || nostra potest ε² 15 detractet β detrectat CELV detractat FGP detractat taurus D 16 subtrahat β sus[b]trahit F subtrahit *reliqui codd.* || diro ε 17 assuerit βV || crudelibus τ 19 ad geticos DG || f[f]unes F || moriemur FGNεω 20 parcaque[da] F || que Dψ quae l' qua V ~~quod~~[ua] F 21 iuuet amplecti *coni. Micyllus. H.* non iuuat [β]CDEFGLεNP iuuet *scr. M.* 22 at fieri CLV*pr. u. l.*ψ || putas LP 23 nullam sperare τ || salute V 24 uestra N || scisse D || perire V perıre[ss perisse] F 25 quaedam fieri FGτ 28 timidis FLεNPV*pr. u. l.*ψ tumidis l' nitidis F || pulsat β lassat[iactat] LF iactat Eεψ lassat CDGVNP 29 geticis G 30 proximiore τ

---

13 haec *HM* 15 detrectat *HM* 16 subtrahit *HM* 21 spem iuuet *H* non iuuet *M*

cur aliquid de me speraui lenius umquam?
an fortuna mihi sic mea nota fuit?
torqueor en grauius, repetitaque forma locorum
exilium renouat triste recensque facit.
est tamen utilius studium cessasse meorum,
quam quas admorint non ualuisse preces.
magna quidem res est, quam non audetis, amici:
sed si quis peteret, qui dare uellet erat.
dummodo non nobis hoc Caesaris ira negarit,
fortiter Euxinis inmoriemur aquis.

---

8. Quae tibi quaerebam memorem testantia curam
dona Tomitanus mittere posset ager.
dignus es argento, fuluo quoque dignior auro:
sed te, cum donas, ista iuuare solent:
nec tamen haec loca sunt ullo pretiosa metallo:
hostis ab agricola uix sinit illa fodi.
purpura saepe tuos fulgens praetexit amictus:
sed non Sarmatico tingitur illa mari.
uellera dura ferunt pecudes, et Palladis uti
arte Tomitanae non didicere nurus.

---

31 mitius τ leuius sperauimus ψ **32** an me fortuna sic mihi D || nota facit τ ||
heu
an F **33** torqueor heu ψ || recitataque L || laborum C **34** reuocat Gψ **35** et tamen P || cessasse βCLP *excc. Politian.* ψ cessare DEFGN **36** admorunt G ammorunt LP admonuit C admonui ψ **37** sed non τ || auditis ε^2
n
39 uobis [n *in ras.*] F uobis LV *pr. Medic.* ψ *H.* [*cf. II, 1, 12*] || dummodo si P || haec FGPψ || ne-
bit2 rit
garet Lε negaret β negabit N **40** forsitan LNτ fortius F || exinis FP || immoriamur $\varepsilon\psi$ non l' nos moriemur V non moriemur L

III, 8 MAXIMO βV hanc epistolam mittit Maximo P **1** memorem quaerebam P **2** possit P **5** non τ **6** non sinit τ nec l' uix V || finit P || ista G **7** deos ε^2 || protexit CEL || purpura nempe *coni. H.*
mari
8 cum non ε || sarmatica—manu ψ manu est in ponto insula F || tangitur τ texitur τ cingitur τ || ulla mari τ **9** uellere dum fuerint pe-
dis
cudes β uellera nulla ψ || at Palladis *coni. Scaliger.* **10** nurus l' manus Eψ

---

35 cessare *M* 39 uobis *H*

femina pro lana Cerealia munera frangit
  suppositoque grauem uertice portat aquam.
non hic pampineis amicitur uitibus ulmus,
  nulla premunt ramos pondere poma suo.
tristia deformes pariunt absinthia campi,
  terraque de fructu quam sit amara docet.
nil igitur tota Ponti regione sinistri
  quod mea sedulitas mittere posset erat.
clausa tamen misi Scythica tibi tela pharetra:
  hoste precor fiant illa cruenta tuo.
hos habet haec calamos, hos haec habet ora libellos,
  haec uiget in nostris, Maxime, Musa locis!
quae quamquam misisse pudet, quia parua uidentur,
  tu tamen haec, quaeso, consule missa boni.

9. Quod sit in his eadem sententia, Brute, libellis,
  carmina nescio quem carpere nostra refers:
nil nisi me terra fruar ut propiore rogare,
  et quam sim denso cinctus ab hoste loqui.
o! quam de multis uitium reprehenditur unum!
  hoc peccat solum si mea Musa, bene est.
ipse ego librorum uideo delicta meorum,
  cum sua plus iusto carmina quisque probet.
auctor opus laudat: sic forsitan Agrius olim
  Thersiten facie dixerit esse bona.

---

11 numina G || cerialia semina ψ numina (semina) frangit (texit) F 12 aq. aquam F || *uu. 13. 14 post u. 16 transponit* N 13 oneratur EGτ uincitur ψ 14 suos βCDEL 15 abscinthia LP || 16 quae sit G || probat τ notat τ 17 ponti tota DEGψ 19 scythica misi DEψ || regna V[1] 21 haec hos habet F habet hos haec τ illa habet Vτ 22 hoc V 23 postquam (quamquam) F || meminisse ψ 24 bono (i) FC bono l' nil V

III, 9 Bruto βN Bruto amico suo E hanc epistolam mittit Bruto P 3 potiore N meliore τ 4 et quod ψ quod l' quam V || queri CFNψ 5 reprehenderis τ || ullum V[1] 6 haec l' hoc V || peccet τ || solo τ || bona est ψ 8 dum — probat N 9 actor G Suctor (a) F || si β[1] || acrius E accius β *corr.* CDFGLN attius P agrius *cod. Vaticanus*; *ex coni. G Canter nou. lectt. II, 30* 10 tersitem CDEFLN || dixerit βCELPVω dixerat DFGN *M.*

9, 4 queri *H* 10 dixerat *M*

iudicium tamen hic nostrum non decipit error:
  nec, quicquid genui, protinus illud amo.
cur igitur, si me uideo delinquere, peccem
  et patiar scripto crimen inesse rogas?
non eadem ratio est, sentire et demere morbos:
  sensus inest cunctis, tollitur arte malum.
saepe aliquod uerbum cupiens mutare reliqui,
  iudicium uires destituuntque meum.
saepe piget — quid enim dubitem tibi uera fateri? —
  corrigere et longi ferre laboris onus.
scribentem iuuat ipse labor minuitque laborem,
  cumque suo crescens pectore feruet opus.
corrigere at res est tanto magis ardua, quanto
  magnus Aristarcho maior Homerus erat.
sic animum lento curarum frigore laedit,
  ut cupidi cursus frena retentat equi.
atque ita di mites minuant mihi Caesaris iram,
  ossaque pacata nostra tegantur humo,
ut mihi conanti nonnumquam intendere curas
  fortunae species obstat acerba meae,

11 nostrum tamen hic CDVεFGω tantus nostrum P 12 gessi F 13 si non C || de me τ || uideam V*pr. u. l.*ψ *H.* uideor τ 14 patior DεP patiar β *corr.* quid patiar τ 15 nec F || eadem est ratio P 17 saepe quidem τ || aliquid [*in rasura*] aliquod F || cupiens uerbum Eε *H.* || relinquo N *edd. uett. H.* 18 ingeniumque F || destituere CEGψ 19 enim metuam CG || modo uera P 20 ueri l' longi V 21 scribentes P || labor βOVε *corr.* ψ *probauit Bentlei.* fauor CDEFGLNP ||
pondere
dolore ψ 22 cresc. pondere ψ pectore F 23 et res CGPVψ || maius β *corr.* minus *Bentlei. qui uu. 24. 25 delendos censuit* 24 maior Aristarcho
lentum 2
magnus ετ 25 sic animum βCDEFGLNPε haec *M.* || lento β latiori C || lectum l' lentum V lentum G || laedit β *corr.* mordet τ frigora laedunt P || curarum frigore mordet L sic a. lento c. fr. torpor Vt cupidi cursor fr. ret. equi *coni. Withof* 26 ut β *corr.* ut capiti C ut cupidi DEGLNP ut rapidi ψ ut cupidi siquis N et cupide *coni. Wakker.* utque auidi *scr. M. uersus 21 usque ad 26 plus uno loco corrupti, fortasse interpolati.* || cursor *erasum in* β cursus l' cursor E || retentet ψ retorquet Nψ 27 dimittes ε || iras N 28 destituantur ε [*cf. Zinzerling. pr. crit. p. 257*] premantur N 29 l' impendere E || curas [s *in ras.*] β
a obstat
curis F 30 distat ε

13 uideam *HM* 17 cupiens uerbum *HM* relinquo *H* 21 fauor *HM* 25 haec *M* 26 utque auidi *M* cursor *H*

uixque mihi uideor, faciam quod carmina, sanus,
  inque feris curem corrigere illa Getis!
nil tamen e scriptis magis excusabile nostris,
  quam sensus cunctis paene quod unus inest.
laeta fere laetus cecini, cano tristia tristis:
  conueniens operi tempus utrumque suo est.
quid nisi de uitio scribam regionis amarae,
  utque loco moriar commodiore precer?
cum totiens eadem dicam, uix audior ulli:
  uerbaque profectu dissimulata carent.
et tamen haec eadem cum sint, non scribimus isdem
  unaque per plures uox mea temptat opem.
an, ne bis sensum lector reperiret eundem,
  unus amicorum, Brute, rogandus erat?
non fuit hoc tanti. confesso ignoscite, docti:
  uilior est operis fama salute mea.
denique materiam quam quis sibi finxerit ipse,
  arbitrio uariat multa poeta suo.
Musa mea est index nimium quoque uera malorum,
  atque incorrupti pondera testis habet.
nec liber ut fieret, sed uti sua cuique daretur
  littera, propositum curaque nostra fuit.

---

31 faciam cum FGLNV^{1}ψ qua E quod β *corr.* CDV*pr. u. l.*P qui
qui
ψ *prob. Bentlei.* quod ε 32 colligere ipse G colligere *Bentlei.* 33 est scriptis CDEFGLN e scriptis [βε]PV in scriptis τ *M.* 34 inest l' obest F 35 laeta quidem *Vincent. Bellou.* 36 est *om.* CG || utrumque fuit N 37 regionis iniquae τ 38 utque solo *duo libri H.* || precor P || 40 pro fructu τ 41 eadem non sint cum scripsimus β scribitur, *marg.*: scribimus ε scribitur CGψ || hisdem FL idem ε^{2} 42
† musaque
uanaque CDEGLNψ unaque β unaque FP *H.* unam τ *et coni. H.* || ten-
t
tet l' tentat V 43 anne bis ut *edd. uett.* 44 eras F eras βψ *probauit Bentlei.* 45 docti l' cuncti E cuncti ψ || amici Nψ 46 l' mei V 47 materia βFN? || cum quis *Bentlei.* || finxerat β fecerit G || ipsi τ 48 quisque poeta D 49 uindex C || nimiumque quoque F || laborum τ 50 incorruptae τ *H.* incorruptae—uocis τ incorructi P 51 non CV?F || fiieret si F 52 nostraque cura V || facit l' fuit F

---

33 in scriptis *M* 38 solo *HM* 47 materiae *H* 50 incorruptae *H*

postmodo conlectas utcumque sine ordine iunxi:
hoc opus electum ne mihi forte putes.
da ueniam scriptis, quorum non gloria nobis
causa, sed utilitas officiumque fuit.

LIBER QVARTVS.

1. Accipe, Pompei, deductum carmen ab illo,
debitor est uitae qui tibi, Sexte, suae.
qui seu non prohibes a me tua nomina poni,
accedet meritis haec quoque summa tuis:
siue trahis uultus, equidem peccasse fatebor,
delicti tamen est causa probanda mei.
non potuit mea mens quin esset grata teneri:
sit precor officio non grauis ira pio.
o! quotiens ego sum libris mihi uisus in istis
inpius, in nullo quod legerere loco!
o! quotiens alii cum uellem scribere, nomen
rettulit in ceras inscia dextra tuum!
ipse mihi placuit mendis in talibus error,
et uix inuita facta litura manu est.

---

53 collectus C || utrumque PGψ ut quaeque V ut quoque F¹ || iungi F (x *supra*) 54 nec mihi F 56 consiliumque (officiumque *supra*) F consiliumque ε (officium *supra*) officiumque meum L

IV, 1 hanc epistolam mittit sexto ponpeo. Incipit liber quartus P incipit liber quartus L *a manu recentiore.* Sexto Pompeio E 3 quae G quis seu (tu *supra*) F qui si NP *prob. Scioppius. Burmann.* 4 accedat Eψ || numeris l' meritis V || hoc Vτ 5 si retrahis C 7 esset quin N *M.* || esset cum (quin *supra*) ε 8 ira meo DLOψ || non precor off. sit G || *uersus inde ab octauo hoc ordine* F: *8. 11—16. 9. 17.* 9 libris ego sum mihi τ || illis F 10 inuiso C 11 dii quotiens β *pr. Medic.* || aliud DOψ *prob. Scaliger. Burmann.* aliis FGLNP alii βCEV || cum uellem βDτ uellem cum *reliqui codd.* 12 lingua l' dextra V lingua ε² || conscia dextra τ 13 ipse quidem ψ || uinclis C uitiis τ maculis τ magnis τ || oe error F 14 inuita est — manu D || littera facta manu F littera (litura *supra*) L

1, 7 esset quin *M* 11 uellem cum *HM*

'uiderit' ad summum dixi. 'licet ipse queratur:
a! pudet offensam non meruisse prius.'
da mihi, si quid ea est, hebetantem pectora Lethen,
oblitus potero non tamen esse tui.
idque sinas oro, nec fastidita repellas
uerba nec officio crimen inesse putes.
[et leuis haec meritis referatur gratia tantis.
si minus, inuito te quoque gratus ero.]
numquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,
nec mihi munificas arca negauit opes.
nunc quoque nil subitis clementia territa fatis
auxilium uitae fertque feretque meae.
unde, rogas forsan, fiducia tanta futuri
sit mihi: quod fecit quisque tuetur opus.
ut Venus artificis labor est et gloria Coi
aequoreo madidas quae premit imbre comas:
arcis ut Actaeae uel eburna uel aenea custos
bellica Phidiaca stat dea facta manu:
uindicat ut Calamis laudem quos fecit equorum:
ut similis uerae uacca Myronis opus:
sic ego sum rerum non ultima, Sexte, tuarum
tutelaeque feror munus opusque tuae.

---

15 summam βCDEFGLVOε || ille DEVψ illa $ε^2$ 16 ah pudet β ha CDEFGLNP hanc pudet *Medic. pr.* ψ *H.* || offensas P 17 lethem CF 18 nec tamen P || non meminisse tui τ 19 non D || repelles F 20 putas P puta ψ 21 lenis P || emeritis EεV^1F^1ψ ex meritis N et meritis ψ || gratia uobis τ || *uu. 21. 22 proscripsit M.* 22 sin minus τ 23 nonquam F || gloria rebus τ 24 non D || archa FLP 25 non E non l' nil Vψ || factis N 26 fertque refertque βCDEFGLεNP ferque referque τ fertque feretque *H. ad trist. 1, 7, 6* || 27 roges Fτ *H.* rogas forsitan L forsitan unde rogas ψ || futura V *Medic. pr.* εψ 29 choi L coy FP 30 igne C || genas τ 31 artis F^1 || athee P aerea CGV *pr. u. l.* 32 stat dea (bellica) F || 33 uendicat FL || calais CDFGLN caleis l' calamis V || laudes Dψ || quas D || 34 uerae est V 35 sic ego sum rerum βCDEFGLεNP sic ego pars rerum *excc. Polit.* τ *H.*

---

16 hanc *HM* 27 roges *HM* 35 ego pars *HM*

2. Quod legis, o uates magnorum maxime regum,
uenit ab intonsis usque, Seuere, Getis:
cuius adhuc nomen nostros tacuisse libellos,
si modo permittis dicere uera, pudet.
orba tamen numeris cessauit epistula numquam
ire per alternas officiosa uices.
carmina sola tibi memorem testantia curam
non data sunt. quid enim, quae facis ipse, darem?
quis mel Aristaeo, quis Baccho uino Falerno,
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?
fertile pectus habes, interque Helicona colentes
uberius nulli prouenit ista seges.'
mittere ad hunc carmen frondes erat addere siluis:
haec mihi cunctandi causa, Seuere, fuit.
nec tamen ingenium nobis respondet ut ante,
sed siccum sterili uomere litus aro.
scilicet ut limus uenas excaecat in undis,
laesaque subpresso fonte resistit aqua:
pectora sic mea sunt limo uitiata malorum,
et carmen uena pauperiore fluit.
si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum,
esset, crede mihi, factus et ille Getes.
da ueniam fasso, studiis quoque frena remisi,

IV, 2 Seuero βN Seuero amico suo E hanc epistolam mittit Se-
uatum
uero P 1 quam legis Gτ || max. uatum CE^{1}FGNP regum ε || magnarum m. rerum L 2 euxinis E indomitis G 3 nostros nomen ψ || nostris—libellis FLτ 4 permittas GVψ 5 cessabit β^1 cessauit β^2
id
6 uias Nψ pedes τ 7 testantia uocem τ 8 quod F quod N || ipsa l' ipse V 9 aristarcho G || falerna βCDNV^1 10 tritolemo L triptolomo P || dat CDFLψ || achinoo FGL 12 prouenit *fuit* peruenit F peruenit C || illa τ 13 mittere carmen ad hunc V *H.* || est addere F 14 hoc V || cunctanti LV^{2}ψ 15 non tamen ε || respondit D 16
:/
sıc9 *in marg.*: :/siccum F sed sic cum N || arat CV^1 17 limus cum
Sex
uenas cecat βLPψ limus/// uenas cecat F cum uenas siccat aquarum τ cum uenas siccat in undas τ uenas excoecat aquarum τ uenas consiccat τ 18 laesaque supremo C sub presso ε 21 turba D 22 ipse Eψ 23 studii CDEGLω frena studii ε? studio V || reliqui ψ

2, 13 carmen ad hunc *HM*

ducitur et digitis littera rara meis.
inpetus ille sacer, qui uatum pectora nutrit,
qui prius in nobis esse solebat, abest.
uix uenit ad partes, uix sumptae Musa tabellae
inponit pigras paene coacta manus.
paruaque, ne dicam scribendi nulla uoluptas
est mihi, nec numeris nectere uerba iuuat:
siue quod hinc fructus adeo non cepimus ullos,
principium nostri res sit ut ista mali:
siue quod in tenebris numerosos ponere gestus,
quodque legas nulli scribere carmen, idem est.
excitat auditor studium laudataque uirtus
crescit et inmensum gloria calcar habet.
hic mea cui recitem nisi flauis scripta Corallis,
quasque alias gentes barbarus Hister habet?
sed quid solus agam, quaque infelicia perdam
otia materia surripiamque diem?
nam quia nec uinum nec me tenet alea fallax,
per quae clam tacitum tempus abire solet,
nec me — quod cuperem, si per fera bella liceret —
oblectat cultu terra nouata suo,
quid, nisi Pierides, solacia frigida, restant,
non bene de nobis quae meruere deae?
at tu, cui bibitur felicius Aonius fons,
utiliter studium quod tibi cedit ama,

24 adigitis τ || nulla G 25 mittit F *corr.* 26 uobis 27 in l' ad V 28 imposuit ψ 29 ne quidem V 29 uoluntas EGLNPψ uolūptas F 30 iungere Dτ scribere ψ uertere ψ 31 ideo G 32 pars C || illa CFψ` et illa V ista l' illa N ipsa ε 33 gressus CLψ *H.* gestus βDEFGNP gestus (uersus) ε *cf. Valer. Max. VIII,* 7, 7 34 legam P || idem est l' obest F obest NεP idem est (l' obest l' adest[2]) L est *om.* τ 37 cur recitem D 41 nam quia nec β *Polit.* ψ nam me nec CF nam neque me ENPε[2] et me non G nam quod nec DL nonquia nec ε[1] non me nec V nec quia me τ sed neque me τ nam quia non τ 42 fallax tempus V
45 pieridum G || praestant Nτ restat ψ 46 uobis (n) Fτ uobis ε[2] 47 bibitur felicius amnis τ 48 utilius ψ || quod bene F || cedat ψ || l' amas E

33 gressus *HM* 45 restat *H*

sacraque Musarum merito cole: quodque legamus,
  huc aliquod curae mitte recentis opus.

---

3. Conquerar, an taceam? ponam sine nomine crimen,
  an notum, qui sis, omnibus esse uelim?
nomine non utar, ne commendere querella
  quaeraturque tibi carmine fama meo.
dum mea puppis erat ualida fundata carina,
  qui mecum uelles currere primus eras.
nunc, quia contraxit uultum Fortuna, recedis,
  auxilio postquam scis opus esse tuo.
dissimulas etiam, nec me uis nosse uideri,
  quisque sit, audito nomine, Naso rogas.
ille ego sum, quamquam non uis audire, uetusta
  paene puer puero iunctus amicitia:
ille ego qui primus tua seria nosse solebam
  et tibi iucundis primus adesse iocis:
ille ego conuictor densoque domesticus usu,
  ille ego iudiciis unica Musa tuis:
ille ego sum qui nunc an uiuam, perfide, nescis,
  cura tibi de quo quaerere nulla fuit.
siue fui numquam carus, simulasse fateris:

---

50 aliquid^{aliquod} F aliquid cure mite G

IV, 3 Ad ingratum βEV ad inuidum *ed. pr.* 1 conqueror D || l' an taceam V an sileam L || sine crimine nomen ψ sine n. carmen F 2 quis FGLεω || uelis L uelit D 3 commendare P 4 nomine ψ crimine ψ 5 cum EF || erit^{a} F || firmata ε 7 nuuc que^{quia} F nunc que P || retraxit τ || uultus G 8 scisuxilio^{a} F meo tuo F 9 dissimules etenim τ || tueri C fateri E*pr. u. l.*Lψ 10 quique CVτ || *uu. 11—14 hoc ordine: 13. 14. 11. 12* β 11 quamuis NV q̄ non uis non uis² [*ultima duo uerba in rasura*] F 12 uinctus^{iunctus} F 13 primum τ || sua P 14 et tibi βCDEFGLNPω qui tibi *edd. uett. H.* || locis CE^1Gω 15 conuictu τ || longoque τ 16 uinea musa P 17 ille ego sum βCDE²FGεNV¹ idem ego qui L idem ego sum qui E¹PY²ψ *H.* ille ego qui si nunc an τ quem nunc an τ qui^{ego} nunc F || uinam P 19 fuit C || nonquam F || carus numquam L || uideris τ

3, 10 quique *H* 14 qui tibi *HM* 17 idem *HM*

seu non fingebas, inueniere leuis.
aut age, dic aliquam quae te mutauerit iram:
nam nisi iusta tua est, iusta querella mea est.
quod te nunc crimen similem uetat esse priori?
an crimen, coepi quod miser esse, uocas?
si mihi rebus opem nullam factisque ferebas,
uenisset uerbis charta notata tribus.
uix equidem credo, sed et insultare iacenti
te mihi nec uerbis parcere fama refert.
quid facis, a! demens? cur, si fortuna recedat,
naufragio lacrimas eripis ipse tuo?
haec dea non stabili, quam sit leuis, orbe fatetur,
quem summum dubio sub pede semper habet,
quolibet et folio et quauis incertior aura.
par illi leuitas, inprobe, sola tua est.
omnia sunt hominum tenui pendentia filo
et subito casu quae ualuere ruunt.
diuitis audita est cui non opulentia Croesi?
nempe tamen uitam captus ab hoste tulit.
ille Syracosia modo formidatus in urbe
uix humili duram reppulit arte famem.

---

21 dic age nunc τ nunc age dic τ dic age dic *scr. Burmann.* eia age dic ψ *H.* || horam C 22 ni C || tua est *om.* G || est *om.* D 23 quod te nunc crimen similem βE quod te nunc similem crimen D (quod te nunc crimen *above*) quae te consimilem res F quod te consimilem crimen N quae te consimilem res nunc CLVPψ quae te consimilem res non G quae te dissimilem res nunc ψ || uetas ε^2 24 aut ε || esse uoces τ || esse notas N 26 charte (a *above*) F || notata suis τ 29 o demens CEFLPVω ah β ha GND || quid si C || recedit βDVFGLεNPψ recedet ψ recedat CE *H.* 30 ipse meo FLNψ 31 hoc ε || stabilis quam sit (tu *above*) in orbe P 32 quae βCDEFGLεN quem P?τ *Scaliger.* || quae mundum ψ || S semper F 33 quolibet haec V quolibet et NG quolibet est βCDEFNP || quauis et inertior C quis (a *above*) F quamuis P quauis est iunctior G et quauis N *M.* et *om.* βCDEFLεP et folio et *scripsi.* 34 facta tua est Pψ 35 omina βE[1]FLV[2]ω 36 cum ualuere N || cadunt E 37 cressi P 38 ille tamen ψ || [poenas tulit ψ] 39 syracusa Nψ siracusia βLFPCDEG syracosia *H.* || fortunatus E || ab urbe V

---

23 quae te consimilem res nunc uetat *HM* 33 est folio, quauis *H* est folio et quauis *M*

quid fuerat Magno maius? tamen ille rogauit
  submissa fugiens uoce clientis opem.
cuique uiro totus terrarum paruit orbis,

. . . .

ille Iugurthino clarus Cimbroque triumpho,
  quo uictrix totiens consule Roma fuit,
in caeno Marius iacuit cannaque palustri,
  pertulit et tanto multa pudenda uiro.
ludit in humanis diuina potentia rebus,
  et certam praesens uix habet hora fidem.
'litus ad Euxinum' si quis mihi diceret 'ibis
  et metues, arcu ne feriare Getae:'
'i, bibe' dixissem 'purgantes pectora sucos,
  quicquid et in tota nascitur Anticyra.'
sum tamen haec passus: nec, si mortalia possem,
  et summi poteram tela cauere dei.
tu quoque fac timeas, et quae tibi laeta uidentur,
  dum loqueris, fieri tristia posse puta.

---

4. Nulla dies adeo est australibus umida nimbis,
  non intermissis ut fluat imber aquis:
nec sterilis locus ullus ita est, ut non sit in illo
  mixta fere duris utilis herba rubis:

---

41 magno quid fuerat C quid magno maius fuerat D quis ε^2 || maius magno ε || anne C || ipse CEN 43 *et* 44 *proscrips. H. M.* 44 *om.* β; *rec. manus orae adleuit. eum deleui, uersu 43 quem* β *tuetur seruato* 44 indigus effectus [est factus DGL *in marg.* P] omnibus ipse [ille D fuit F] magis CDEFGL *in marg.* PN achillas pharius abstulit ense caput L (*in textu*) V^1 || *uersum 44 secuntur uu. 57. 58, suo loco repetiti in* F 45 ipse Nψ 47 latuit marius DE *H.* marius latuit LP marius iacuit βCFGNε iacuit marius ψ 50 l' non habet E 51 eximii ε || excretum F extremum V || dixerit F 52 metuas V^1 || gethes τ || feriare tuo C f. geta D *prob. H.* 53 ebibe βG || purgantes dixissem τ 54 annichira F anycira P antichera L 55 hoc passum G || et si D 56 nec summi τ non D summi non τ || uetare ε 57 tunc τ tu modo ψ 58 talia l' tristia V

IV, 4 De consulatu sexti Pompeii βV Pompeio amico suo E 1 est *om.* ε || uentis Fτ 2 fluar P 3 non sterilis N 4 rogis τ

---

47 latuit Marius *HM*

nil adeo fortuna grauis miserabile fecit,
ut minuant nulla gaudia parte malum.
ecce domo patriaque carens oculisque meorum,
naufragus in Getici litoris actus aquas,
qua tamen inueni uultum diffundere causa
possem fortunae nec meminisse meae.
nam mihi cum solus spatiarer tristis harena
uisa est a tergo pinna dedisse sonum.
respicio: nec erat corpus, quod cernere possem,
uerba tamen sunt haec aure recepta mea:
'en ego laetarum uenio tibi nuntia rerum
fama per inmensas aëre lapsa uias:
consule Pompeio, quo non tibi carior alter,
candidus et felix proximus annus erit.'
dixit et ut laeto Pontum rumore repleuit,
ad gentes alias hinc dea uertit iter.
at mihi dilapsis inter noua gaudia curis
excidit asperitas huius iniqua loci.
ergo ubi, Iane biceps, longum reseraueris annum,
pulsus et a sacro mense December erit,
purpura Pompeium summi uelabit honoris,
ne titulis quicquam debeat ille suis.
cernere iam uideor rumpi paene atria turba

---

fecit
5 cernit F || nil adeo durum fortuna grauis miserabile fecit L 6 ulla FV^{1} nulla minuant D l' quin m. ulla E || pace C *Burmann.* ||
l' cas. ne coactus aquas
locum τ 7 patria͡que F 8 gethici litoris actus aquas F || auctus
uultum
ε || aquis Gψ 9 multum F uultumque P || defendere C diffundere possim | caussam L caussam EFGεPω 10 possem *Politian.* Pψ *H.* possim βCDEFGLε possum N || non D ne G 11 dum ψV *prob. Bentleius* || cum tristis quendam spat. F || nuper τ || solus spatiarer β fulua tristes spatiarer π 12 locum F 13 restiteram τ || nec erat corpus $\beta CFV^{1}GP$ neque erat corpus $DEV^{2}\psi$ nec corpus erat *N. edd. uett.* neque enim corpus L 15
e cā
An F || noncia F 16 *hic deficit* V 18 pididus F || erat τ eat τ 19 moto τ || pontum laeto N || clamore DL || sermone ε 21 delapsis ψ 24 e sacro G a socio τ 26 ne quicq. titulis N 27 uideo CE || paene atria $\beta CDEGNL^{1}P$ *Harles.* penetralia FL^{2} *HM.*

4, 11 fulua tristis spatiarer *HM* 13 corpus erat *HM* 27 penetralia *HM*

et populum laedi deficiente loco,
templaque Tarpeiae primum tibi sedis adiri,
et fieri faciles in tua uota deos:
colla boues niueos certae praebere securi,
quos aluit campis herba Falisca suis:
cumque deos omnes, tum quos inpensius aequos
esse tibi cupias, cum Ioue Caesar erunt.
curia te excipiet, patresque e more uocati
intendent aures ad tua uerba suas.
hos ubi facundo tua uox hilarauerit ore,
utque solet, tulerit prospera uerba dies,
egeris et meritas superis cum Caesare grates,
— qui causam, facias cur ita saepe, dabit —
inde domum repetes toto comitante senatu,
officium populi uix capiente domo.
me miserum, turba quod non ego cernar in illa,
nec poterunt istis lumina nostra frui!
quod licet, absentem qua possum mente uidebo:
aspiciet uultus consulis illa sui.
di faciant, aliquo subeat tibi tempore nostrum
nomen, et 'heu!' dicas 'quid miser ille facit?'
haec tua pertulerit si quis mihi uerba, fatebor
protinus exilium mollius esse meum.

---

5. Ite, leues elegi, doctas ad consulis aures,
uerbaque honorato ferte legenda uiro.

---

29 primus τ || sedis tibi L 30 ad tua N || uota tuos G 32 terra ψ 33 tunc hos—ores C tunc EFGL alios ores τ 34 capias β ||
equis2
erunt β *et e coni. H.* erit *reliqui codd. nisi quod* erit P 35 ex CDEFGLNε e P[β] 36 intendunt βε intendant F 37 tua mens ψ 38 prospera
s
quae que ψ 40 faciat F faciat τ || dabunt ψ 43 ego non N || cernor ENP *H.* 44 possunt ψ || illis Lψ 45 quod licet βN qua licet CDFεω quam licet EL qualibet Gτ quo licet Pψ quamlibet *e coni. H.* ||
'te2 1' quid facit ille miser2
absentem P 46 accipiet F || uultum ψ 48 naso quid ille facit L quod facit ille miser N quod P 49 huc tua N || protulerit CDEGN || mea uerba τ 50 mitius *edd. uett.* lenius τ || esse michi L

IV, 5 [eidem iam consuli β?] Pompeio amico suo E

---

34 erit *HM* 43 cernor *H* 45 quamlibet *HM*

longa uia est, nec uos pedibus proceditis aequis,
tectaque brumali sub niue terra latet.
cum gelidam Thracen et opertum nubibus Haemon
et maris Ionii transieritis aquas,
luce minus decima dominam uenietis in urbem,
ut festinatum non faciatis iter.
protinus inde domus uobis Pompeia petatur:
non est Augusto iunctior ulla foro.
siquis, ut in populo, qui sitis et unde requiret,
nomina decepta quaelibet aure ferat:
ut sit enim tutum, sicut reor esse, fateri,
uerba minus certe ficta timoris habent.
copia nec uobis nullo prohibente uidendi
consulis ut limen contigeritis erit.
aut reget ille suos dicendo iura Quirites,
conspicuum signis cum premet altus ebur:
aut populi reditus positam conponet ad hastam,
et minui magnae non sinet urbis opes:
aut ubi erunt patres in Iulia templa uocati
de tanto dignis consule rebus aget:
aut feret Augusto solitam natoque salutem,
deque parum noto consulet officio.
tempus ab his uacuum Caesar Germanicus omne
auferet: a magnis hunc colit ille deis.

---

3 longua F 4 brummali L || iacet Fτ 5 tracem L || apertum G opertam P || hemo L aemon τ oethen N aemum *reliqui codd.* haemon *H.* 7 ueniatis τ 8 facietis ετ 9 ponteia L || petetur ψ 11 et in τ || requirat CGNPε 12 nōīēa F || feret F 13 sicud F || [uerum2] fateri P 14 certi L 15 tunc F || nobis P || ullo FG *H.* nullo βCDELNPε *prob. Bentlei.* 16 contingeritis ε contig. eat τ 18 aut premet ψ premat τ || alter[s] β || ipse ε 19 anut F || ualidam ψ || componit P 20 sinit D 21 aut ubi βDEFGLNω aut ut CP *edd. uett.* || [iu2] uilia F iulia tecta τ || iulii ε || recepti N 23 afferet E ferat τ || natoque coronam τ 24 deue τ || toto τ || consulit D 25 [omne2] esse F || .c. germanicus L 26 afferret ε || iste C ipse E || colet τ

---

15 ullo *HM* 21 ut *HM*

cum tamen a turba rerum requieuerit harum,
  ad uos mansuetas porriget ille manus,
quidque parens ego uester agam fortasse requiret.
  talia uos illi reddere uerba uolo:
'uiuit adhuc uitamque tibi debere fatetur,
  quam prius a miti Caesare munus habet.
te sibi, cum fugeret, memori solet ore referre
  barbariae tutas exhibuisse uias:
sanguine Bistonium quod non tepefecerit ensem,
  effectum cura pectoris esse tui:
addita praeterea uitae quoque multa tuendae
  munera, ne proprias attenuaret opes.
pro quibus ut meritis referatur gratia, iurat
  se fore mancipii tempus in omne tui.
nam prius umbrosa carituros arbore montes,
  et freta ueliuolas non habitura rates,
fluminaque in fontes cursu reditura supino,
  gratia quam meriti possit abire tui.'
haec ubi dixeritis, seruet sua dona rogate:
  sic fuerit uestrae causa peracta uiae.

---

6. Quam legis, ex illis tibi uenit epistula, Brute,
  Nasonem nolles in quibus esse locis.
sed tu quod nolles, uoluit miserabile fatum.
  ei mihi! plus illud quam tua uota ualet.

---

27 a cura *coni. H.* 28 mansuetos ε assuetas ψ 29 rogabit G requirat τ 30 reddite τ || uerba referre ψ || uelim *edd. uett. nonnullae HM.* uolo *codd. omnes* 32 quod prius CEN || admitti N amitti F || a magno L 34 exhibuisse manus τ 35 bistoniam — hastam τ bistanium P || tepefecerat EFψ 36 sui *edd. uett. nonnullae* 37 sunt uitae E || tenendae N 40 mancipii — tui β^1O *H.* mancipium — tuum β^2CDEFGLεNP mancipio — tuum *coni. Brissonius. M.* 41 caritur$\overset{a}{o}$s F 42 ueliferas EGLψ uelisuolas F 43 in montis ψ montes FG || supremo G 44 abesse ψ 45 hoc E 46 clausa G

IV, 6 [Bruto β] Bruto amico suo E 2 esse tuum τ 3 sed quod tu CN 4 et mihi βCDE^{1}FL ha m. G heu m. E^{2}Pω hei mihi N *H.* ei *M.* || ualent DFLNψ || uetat β uetant ε

---

30 uelim *HM* 40 mancipio — tuum *M*

in Scythia nobis quinquennis olympias acta est:
iam tempus lustri transit in alterius.
perstat enim fortuna tenax, uotisque malignum
opponit nostris insidiosa pedem.
certus eras pro me, Fabiae laus Maxime gentis,
numen ad Augustum supplice uoce loqui:
occidis ante preces causamque ego, Maxime, mortis
— nec fuero tanti — me reor esse tuae.
iam timeo nostram cuiquam mandare salutem:
ipsum morte tua concidit auxilium.
coeperat Augustus deceptae ignoscere culpae:
spem nostram terras deseruitque simul.
quale tamen potui de caelite, Brute, recenti
uestra procul positus carmen in ora dedi.
quae prosit pietas utinam mihi, sitque malorum
iam modus et sacrae mitior ira domus!
te quoque idem liquido possum iurare precari,
o mihi non dubia cognite Brute nota.
nam cum praestiteris uerum mihi semper amorem,
hic tamen aduerso tempore creuit amor:
quique tuas pariter lacrimas nostrasque uideret,
passuros poenam crederet esse duos.
lenem te miseris genuit natura, nec ulli
mitius ingenium quam tibi, Brute, dedit:

---

5 scythica E || olimpia facta est L elimpias P aucta est F || est *om.* Pψ 8 opposuit F apponit ψ || inuidiosa εFGψ 9 fabiae pro me *pr. Medic.* || laus βCDEGLεNPω laux F lux *ex duob. codd. Burmann.* || maxima C || genti L (s2) 11 occidis β *corr.* concidis G || ante diem D || caussaque β *corr.* 12 fuero β fueram CDEFGLNεP fuerim τ || nec reor G 13 cuiquam nostram LNψ *H.* nostram cuiquam timeo τ nr̃a (nostrā 2) F 14 sua ψ mea F || condidit G 16 nrā (nostrā 2) F 17 iacenti L 19 p. precor ut mihi N 20 sit minor ira τ || dom⁹ (mus) et F 21 te qȝ eſtdē liquido L 22 cognite l' credite E || brute fide DF²GLNP 23 honorem N 25 lacrimas pariter DN || uiderent τ uideret cF 26 ille duos D 27 leuem LP || ullis ε

---

9 lux *M* 12 fueram *HM*

ut, qui quid ualeas ignoret Marte forensi,
posse tuo peragi uix putet ore reos.
scilicet eiusdem est, quamuis pugnare uidentur,
supplicibus facilem, sontibus esse trucem.
cum tibi suscepta est legis uindicta seuerae,
uerba uelut tinctum singula uirus habent.
hostibus eueniat quam sis uiolentus in armis
sentire et linguae tela subire tuae.
quae tibi tam tenui cura limantur, ut omnes
istius ingenium corporis esse negent.
at si quem laedi fortuna cernis iniqua,
mollior est animo femina nulla tuo.
hoc ego praecipue sensi, cum magna meorum
notitiam pars est infitiata mei.
inmemor illorum, uestri non inmemor umquam,
qui mala solliciti nostra leuatis, ero.
et prius hic nimium nobis conterminus Hister
in caput Euxino de mare uertet iter,
utque Thyesteae redeant si tempora mensae,
solis ad eoas currus agetur aquas,
quam quisquam uestrum, qui me doluistis ademptum,
arguat ingratum non meminisse sui.

---

29 atqui C et qui quam N || marte βF *edd. uett.* in arte CDEGLεNPω 30 tuos E || patet D 31 est *om.* Gψ *H.* || uidentur βFεGψ *prob. Bentlei.* uidetur *reliqui codd.* 32 somptibus esse F fortibus G (te²) 33 seucepta est F || uincdicta P 34 tinctum l' tritum l' coctum E || sanguine uirus G 37 omnis ε 38 neget ε² 39 aut si quidem C at si quidem D 40 l' auxilium subito tu tibi ferre soles E 41 haec quoque D haec ego Gψ || tam magna τ 42 mihi G 43 nostri D uestrum *H.* 44 solliciti βL *Polit.* ψ *H.* sollicite CDEFGNPε sollicita—ope τ || leuatis βCDEFGLNP leuastis Pτ *H* || oro ε 45 hic βDEFP *M.* heu Lτ *H.* hinc CGNψ || nimium uobis β nimium nobis CDEFGLNP nobis nimium *edd. uett.* || conternimus P 46 euxini CN || uertit CD uertat τ 47 atque βGN utque (a) P ante ψ || sc (τ̃) tempora F 48 cursus C 49 adempto F *H.*

---

31 uidetur *HM* 44 leuastis *HM* 45 heu *H* nobis nimium *HM* 49 ademto *H*

7. Missus es Euxinas quoniam, Vestalis, ad undas,
ut positis reddas iura sub axe locis,
aspicis en praesens, quali iaceamus in aruo,
nec me testis eris falsa solere queri.
accedet uoci per te non inrita nostrae,
Alpinis iuuenis regibus orte, fides.
ipse uides certe glacie concrescere pontum,
ipse uides rigido stantia uina gelu:
ipse uides, onerata ferox ut ducat Iazyx
per medias Histri plaustra bubulcus aquas:
aspicis et mitti sub adunco toxica ferro
et telum causas mortis habere duas.
atque utinam pars haec tantum spectata fuisset,
non etiam proprio cognita Marte tibi!
tendisti ad primum per densa pericula pilum,
contigit ex merito qui tibi nuper honor.
sit licet hic titulus plenis tibi fructibus ingens,
ipsa tamen uirtus ordine maior erit.
non negat hoc Hister, cuius tua dextera quondam
puniceam Getico sanguine fecit aquam:
non negat Aegisos, quae te subeunte recepta
sensit in ingenio nil opis esse loci.

IV, 7 Vestali β ad uestalem amicum suum E hanc epistolam mittit uestali P VESTALI PROP *'Vaticanus optimus' H.* 1 ad euxinas G ad exiguas C 2 reddes ε^2 || thura C 3 conspicis G || an N an (en) ε || praeses COψ 4 loqui DLω 5 accedat Dτ || te *om.* F || per te uoci L 6 arpinis *coni. Verpoorten* || finibus G montibus τ 7 certe in glacie L 8 gelido G || musta τ 9 iahis β iazix L yaxis G yasis F hyasis N iazis CDEτ iates (iaspes) ε iazyx *Merula* || educat ut altus C trahat ut glaciati P trahar ut glacialis τ 10 lustri (istri) ε 11 aspicis ut τ || et misti τ 12 ac telum N || caussas telum G 13 pacata C 14 non etenim τ esse etiam τ et non iam G || propria β 15 tenditis *codd.* tendit is *coni. Oberlin.* tendisti *M.* 16 primus honor N 17 si licet C sed licet ψ sit hic licet N || plenus G 18 erat τ *Burmann.* 19 neget τ nec negat τ || haec D hic β *corr.* 21 neget *Burmann.* non negat hoc G || egiros CFGLPψ egyros βNψ hegiros ε aegypsos DE *cf. I, 8, 13* || qui te—recepto τ recepto FG 22 ab ingenio G || opus FL || esse tui N

---

15 tenditis *H* 21 Aegypsos *H*

nam, dubium positu melius defensa manune,
urbs erat in summo nubibus aequa iugo.
Sithonio regi ferus interceperat illam
hostis et ereptas uictor habebat opes,
donec fluminea deuecta Vitellius unda
intulit exposito milite signa Getis.
at tibi, progenies alti fortissima Donni, *
uenit in aduersos inpetus ire uiros.
nec mora, conspicuus longe fulgentibus armis,
fortia ne possint facta latere caues,
ingentique gradu contra ferrumque locumque
saxaque brumali grandine plura subis.
nec te missa super iaculorum turba moratur,
nec quae uipereo tela cruore madent.
spicula cum pictis haerent in casside pinnis,
parsque fere scuti uulnere nulla uacat.
nec corpus cunctos feliciter effugit ictus:
sed minor est acri laudis amore dolor.
talis apud Troiam Danais pro nauibus Aiax
dicitur Hectoreas sustinuisse faces.
ut propius uentum est admotaque dextera dextrae,
resque fero potuit comminus ense geri,
dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic,
quotque neci dederis quosque quibusque modis.
ense tuo factos calcabas uictor aceruos,

23 an dubium G dubium est LN || potius N || manuue *codd.* manune *Roeper.* 24 urbs est L 25 scitonio GP 26 aquas τ 27 deuectus P deducta L || Vitellus in unda D 28 impulit G || inposito C 29 iusti C || domu (donni) β donni CD doni EF domni *Politian.* ψ dompni P danni ψ dampni Gψ dauni Nψ *H.* diuum L uerni τ [fortis ideonni *Cluuerius*] 30 iste C || getae D rogos τ 31 conspicuis F || late τ || fortissimus N 32 possit τ 34 telaque τ 35 nec te plura D 36 cruore rubent Lτ 37 cum multis C || horrent D || pinnis *M.* pennis *codd.* 38 crudo uulnere C || nulla caret CFNψ 39 impulit ictus τ 40 minus est acer C || actae laudis G carae laudis τ 41 pro classibus τ 42 manus ψ || dicitur ~~dr̃~~ hectoreas L 43 commissaque τ *Oberlin.* || dextrae est βL 44 fere ε 46 dederit CDEG dederas P || quosque n. d. quotque GNψ quosue quibusue τ 47 calcas τ

23 manuue *HM* 29 Dauni *H* Domni *M*

inpositoque Getes sub pede multus erat.
pugnat ad exemplum primi minor ordine pili,
multaque fert miles uulnera, multa facit.
sed tantum uirtus alios tua praeterit omnes,
ante citos quantum Pegasus ibat equos.
uincitur Aegisos: testataque tempus in omne
sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

8. Littera sera quidem, studiis exculte Suilli,
huc tua peruenit, sed mihi grata tamen,
qua, pia si possit superos lenire rogando
gratia, laturum te mihi dicis opem.
ut iam nil praestes, animi sum factus amici
debitor et meritum uelle iuuare uoco.
inpetus iste tuus longum modo duret in aeuum
neue malis pietas sit tua lassa meis.
ius aliquod faciunt adfinia uincula nobis,
quae semper maneant inlabefacta precor.
nam tibi quae coniunx, eadem mihi filia paene est,
et quae te generum, me uocat illa uirum.
ei mihi, si lectis uultum tu uersibus istis
ducis et adfinem te pudet esse meum!
at nihil hic dignum poteris reperire pudore
praeter fortunam, quae mihi caeca fuit.
seu genus excutias, equites ab origine prima

49 in exemplum ε 51 tamen et E || proterit τ || annos tua F 52 ibit βC ibis τ 53 egiros CFGLP egyros Nψβ

IV, 8 Suillio β Suillio amico suo E hanc epistolam mittit Suillo P 1 exculta Pτ experte (culte) F || siuille C 2 huc quoque N 3 quae N possit [β] *duo libri H.* posset DEFGLNεP posses C || precando FL² 4 tu L || quod C 5 ut mihi nil FGL ut mihi non CNP 6 uoca C 7 mihi duret CDELψ tibi ψ modo longum N 8 lapsa GNψ uicta C pulsa τ 9 affinia β confinia DLε || carmina ε² 10 quod G 11 est *om.* βε 12 t me F 13 heu G Ehei F hei *reliqui* illis ε 14 affinem [af *in ras.*] L || piget ψ 15 hoc N || poteris dignum D indignum C || pudoris τ pudore F 17 si genus E *H.* || excutias l' inquiras E inquiras Lψ

53 aegypsos *H*

usque per innumeros inueniemur auos:
siue uelis, qui sint mores inquirere nostri,
errorem misero detrahe, labe carent.
tu modo si quid agi sperabis posse precando,
quos colis, exora supplice uoce deos.
di tibi sunt Caesar iuuenis: tua numina placa:
hac certe nulla est notior ara tibi.
non sinit illa sui uanas antistitis umquam
esse preces: nostris hinc pete rebus opem.
quamlibet exigua si nos ea iuuerit aura,
obruta de mediis cumba resurget aquis.
tunc ego tura feram rapidis sollemnia flammis,
et ualeant quantum numina testis ero.
nec tibi de Pario statuam, Germanice, templum
marmore: — carpsit opes illa ruina meas:
templa domus facient uobis urbesque beatae: —
Naso suis opibus, carmine, gratus erit.
parua quidem fateor pro magnis munera reddi,
cum pro concessa uerba salute damus.
sed qui quam potuit dat maxima, gratus abunde est,
et finem pietas contigit illa suum.
nec quae de parua pauper dis libat acerra
tura minus grandi quam data lance ualent:
agnaque tam lactens quam gramine pasta Falisco
uictima Tarpeios inficit icta focos.

---

